H
66
1977
L
1023
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0001-2

Ea 7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0002-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0003-3

[Balthasar, Franz]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0004-8

# Expoſitio canonis ſacratiſſime miſſe.

FÜRSTLICH STOLBERG. BIBLIOTHEK WERNIGERODE

13

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0005-4

# Canon ſacratiſſime miſſe. Una cum expoſitione eiuſdem. ubi imprimis p̄mittitur pulchra contemplatio ante miſſam habenda de chriſti pulchritudine. Et quomodo ip̄a in ſua paſſiōe ab eo om̄ino fuerat ablata. qualiterqꝫ quilibet celebrans debeat eſſe diſpoſitus. Incipit feliciter.

U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
77 A 1023

CUm omnis creatura rõnalis maxime a deo ideo cõdita ſit. ꝙ
amore ⁊ intelligẽtia. ſuo optimo ⁊ incõmutabili bono ꝯiũgi
poterit ſuauibꝰ ac internis ꝑfrui eiꝰ aſpectibꝰ. ⁊ inter oſcula
ꝓdilecti dulcẽ accipe ſaporẽ. Opere p̃ciũ eſt vnicuiqꝫ quatinꝰ
ſeſe ad hoc diſponere. ⁊ q̃ iter eiꝰ ĩpediũt ꝑ ſummũ animi ſtudiũ ex ſe re
pellere ſtudeat. quo pacto ſuũ predilectũ contẽplari valeat. hoc eſt. deũ
deoꝝ in ſyon. Ipſe ꝑfecto eſt dilectus meus. cãdidus rubicũdus electus
ex milibꝰ. inq̃t ſpõſa. Canti. v. Cãdidus eſt enĩ dilectꝰ meus quẽ querit
aĩa mea ꝑ ſplẽdorẽ ſanctitatis. Rubicundꝰ ex fuſione ſui ſanguinis et per
ardorem paſſionis. Ipe enĩ eſt cãdidus ꝑ hũanitatẽ. qꝛ de virgine natus
et a labe peccati mundus. Ipſe eſt rubicũdus martirio. qꝛ pctõres lauit
ſanguine ſuo. Electꝰ ex milibꝰ a deo patre ſuo. ex milibꝰ ſcꝫ apl'oꝝ ⁊ alioꝝ
ſanctoꝝ agminibꝰ vt ꝑ eũ recõciliaret̃ mundus. Nũc ſi fidelis aĩa q̃rere
et inuenire deſiderat. ſũmopere ſibi eſt agendũ. vt in hac valle lachryma-
rũ aſcẽſiones in corde ſuo diſponet et ꝓparet ſe ad videndũ deũ deorũ in
ſyon. ad quẽ nõ pedũ greſſibus. ſed bonarũ affectionũ curſibꝰ ⁊ pijs me
ditationibꝰ ĩpa gradi ⁊ rapi poterit. et ſolũ caſtiſſimis ⁊ puriſſimis cor-
dis oculis ĩpm valeat intueri Itaqꝫ fidelis aĩa rapta. ⁊ ad dei conſpectũ
ꝑ viã cõtẽplatiõis adducta. vidẽs omnẽ ſapientiã id eſt diuinitatẽ ſui. ꝓ-
dilecti. et domũ eterne mãſionis quã dilectis edificauerat. et cibos men-
ſe eiꝰ magne. in regno ſuo. et habitacula ſeruorũ id eſt beatoꝝ hñtes mul
tas ⁊ meritis ⁊ natura inter ſe differentes mãſiones. veſteſqꝫ eoꝝ id eſt
diuerſarũ virtutũ ⁊ gratiarũ. non habebit intra ſe vltra ſpiritũ. Dicetqꝫ
ad ſponſam dilecti ꝓdilectã. Qualis eſt dilectꝰ tuus ex dilecto o pulcher-
rima mulierũ. qualis eſt. oſtẽde nobis faciem eius. doce nos qualis ⁊ q̃ꝫ
rubicũdus factꝰ eſt in ſua amariſſima paſſione. q̃ꝫ magnus ſit. q̃ꝫ cãdidꝰ
in diuinitate ⁊ ſua hũanitate dilectus tuus chriſtꝰ natꝰ ex dilecto deo pa-
tre. quẽ vtiqꝫ hic video in ſyon. hoc eſt. in tali ꝯtẽplatiõe ⁊ ſpeculatiõe ſue
hũanitatis. et maxime tãti miſterij huiꝰ ſacramẽti eucariſtie. Doce nos
pulchritudinẽ eiꝰ abſconditã. ſpeciebꝰ panis ⁊ vini velatã. Qualis eſt di-
lectus tuus o pulcherrima mulierũ. Dilectꝰ meꝰ vt dixi. cãdidus ⁊ rubi-
cũdus electus ex milibꝰ. Caput eiꝰ aurũ optimũ. come eiꝰ ſicut elate pal
marũ nigre quaſi coruus. Canti. xi. ⁊c. Caput chriſti reuera q̃ ſub ſpecie
panis ⁊ vini ⁊ ſub qualibet ſpecie etiã diſtinctim totaliter integraliter cõ
tinet̃ eſt diuinitas qꝛ ſicut caput ꝯtinet corpus. ſic diuinitas ꝯtinet hũani
tatẽ eiꝰ aſſumptã. Hoc caput eſt aurũ optimũ id eſt puriſſimũ. qꝛ ſicut
aurũ oĩa metalla ꝓcellit fulgore ⁊ dignitate. ita diuinitas oĩa ꝓcellit ho-
nore ⁊ maieſtate. Come eius ſicut oliue palmarũ. hoc eſt. angelice virtu-
tes ⁊ poteſtates ſpecialiter deo vt come capiti inherẽtes. ſunt ſꝑ pulchri-
tudinẽ eiꝰ intẽdẽtes. et cũ laude ⁊ glia in hoc ſacrificio ſummo regi chri-
ſto ſunt famulãtes. Sed nigre ſunt quaſi coruus ſcꝫ infidelibꝰ. quia deus

et chriſtꝰ eius imo ꝛ ſancti angeli. Stultis ſunt in hoc ſacramēto diſplicabiles. dicētes Anima noſtra nauſeat ſup cibo iſto leuiſſimo. Oculi eiꝰ ſicut colūbe ſup riuos aquarū. hoc eſt dona ſanctiſpiritꝰ q̄ ipſe dat in hoc ſacramēto. amatores ſuos nō in ceno more porcoꝝ volui ꝑmittūt. ſed in ſilitudine aquarū claros ꝛ ꝑſpicuos reddūt. nil tenebroſum hn̄tes. que lacte ſunt lote. qꝛ ſicut mater ſola dilectione naturali lac filijs miniſtrat. ſic deus ſola gratia dona cariſmatū filijs donat. que reſident iuxta fluēta pleniſſima. qꝛ quāto de deo clarius vident tanto magis ad altiora cognoſcenda intendūt. Gene illius ſunt areola aromatū. hoc eſt. modeſtia et pietas que in chriſto ſingulariter refulſit. dulcedine doctrinarū delectabat pn̄tes ꝛ attrahebat abſentes. que areole ſunt ꝯſite a pigmētarijs id ē medicis ſcꝫ apoſtolis ꝛ prophetis aīarū medicis qui ꝯcordi voce. nō ſolū chriſti ſermones. ſed et mores ſacris paginis quaſi areolis deſcripſere. Labia eius diſtilant mirrā primā. hoc eſt. verba doctrine eiꝰ. que claritatē regni celeſtis ꝓmittūt grauia patiētibꝰ et mirrā primā. cōtemptū mūdi et voluptatū ꝑdicāt. Manus eiꝰ tornabiles: hoc eſt. opa chriſti ſūt polita et ꝑfecta vt tornatura. Que eñ verbo docuit opere impleuit. et he manꝰ ſunt auree. qꝛ virtutes q̄s in hoīe geſſit diuinitatis gloria ꝑfecit. q̄ nos ad ſpem ꝛ amorē celeſtiū excitant. Plene iacinctis. qꝛ in cruce manꝰ chriſti ꝑforate clauis. quaſi purpureo ſunt colore reſꝑſe rubore ſanguīs. Vēter eius eburneꝰ. hoc eſt fragilitas humanitatis ē nitēs cādore caſtitatis. Et ab omni peccato immunis. diſtīctꝰ zaphiris rōne hūanitatis et diuinitatis. Crura illiꝰ colūne marmoree. hoc eſt. itinera incarnationis eius ſunt recta ꝛ firma. qꝛ quicquid per eū geſtū eſt. ante tempora a deo diſpoſitū eſt. que columne fundate ſunt ſup baſes aureas. id eſt prophetas ſapientia lucentes. quia talis in carne appparuit. qualis ab illis predictꝰ in diuina diſpoſitiōe fuit. Species eiꝰ vt libani. hoc eſt. pulchritudo eius eſt decor omniū ſanctorū. ſicut libanus eſt decor omniū montiū. Electus vt cedri. Sicut cedrus pulchritudine. fortitudine. ſublimitate antecedit. Sic chriſtus dilectus. ſpecioſus pre filijs hoīm forma quia ipſe nō accepit ad menſurā ſed totū deū ꝛ nos omnes de plenitudine eius accepimus. Guttur illiꝰ ſuauiſſimū. hoc eſt. interiꝰ ſapor ꝛ dulcedo verboꝝ eiꝰ quā pauci guſtāt eſt ſuauiſſima. Qui aūt guſtāt āpliꝰ eſuriūt. Et totꝰ deſiderabil' xp̄s. ſcꝫ deꝰ ꝛ hō. qꝛ nō ſolū ſm diuinitatē. ſed etiā ſm hūanitatē ab initio ꝯceptiōis. vſqꝫ ad triūphū paſſionis. reſurrectiōis. aſcēſionis eſt in omnibꝰ deſiderabilis. Talis eſt dilectus o aīa fidelis ſub velamine ſpecierū huiꝰ ſacramēti poſitus. Deꝰ ꝛ hō. lux et vita cōditor mundi. Talis eſt dilectus meus et ipſe eſt amicꝰ meꝰ filia ieruſalē. hoc eſt fidelis anima Si igit vis diligere chriſtū et ab eo diligi neceſſe eſt vt talē eū. qualē dixi intelligas. et poſtremo qualis ꝓ te factꝰ eſt in agone mortis. ille ſpecioſꝰ forma ꝑ filijs hoīm. et quō non eſt ſpecies ei neqꝫ decor.. Vidimus inde

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0008-0

ꝓpheta Yſaie.liij. Et nō erat aſpectus.⁊ deſiderauimus eū deſpectū ⁊ no
uiſſimū viroꝝ.virū doloꝝ ⁊ ſcientē infirmitatē.⁊ erat quaſi abſcōditꝰ vul
tus eiꝰ ⁊ deſpectꝰ vn̄ ⁊ nec reputauimꝰ eū.Et nos reputauimꝰ eū quaſi
leproſum ⁊ ꝑcuſſum adeo ⁊ hūiliatū.vt a plāta pedis vſqꝫ ad verticē nō
eſt in eo ſanitas. Vulnꝰ ⁊ liuor ⁊ plaga tumēs nō eſt circūligata. nec cu-
rata medicamine.nec fota oleo.Talis eſt dilectꝰ meꝰ o aīa fidelis.ille di-
lectꝰ cādidꝰ ⁊ rubicūdꝰ ex milibꝰ electꝰ.factꝰ ꝓ te. Cōtēplare eū ⁊ vide
quō oīs ſpēs ⁊ decor abſceſſit ab eo.inſpice caput eiꝰ inclitū.Cōtēplare o
aīa fidelis ꝗ pacto hoc ſcꝫ caput aureū ⁊ optimū īmo hoc caput angelicū
et tremebundum ſpiritibꝰ.iā dēſitate ſpinaꝝ vndiqꝫ ꝑforatū. Facies illa
decora p̄ filijs hoīm. Heu iā ꝓ te o aīa fidelis ſputis iudeoꝝ deturpat̄.
Ipſe em̄ eſt vulneratꝰ ꝓpter iniq̄tates noſtras.attritus eſt ꝓpter ſcelera
noſtra inq̄t ꝓpheta.Oculi p̄dilecti ſicut colūbe ſup riuos aquarū ſole luci-
diores.heu iam caligant̄ in morte. Aures q̄ audiunt angelicos cantus
modo audiunt peccatoris inſultus. Vach qui deſtruis templum ſi es fi-
liꝰ dei deſcēde nunc de cruce.Os eius quod docet angelos.felle ⁊ aceto po
tatur. Manus eius ornabiles que formauerunt celos.ſunt in cruce extē-
ſe ⁊ clauis affixe. Pedes quorū ſcabellum adorat̄ cruci clauo affiguntur
Venter eius eburneus reuera.⁊ totum ſuū. corpus cādidiſſimū diriſſi-
me verberat̄ lacerat̄.⁊ omnino ꝯcutit̄.Latus eius lancea ꝑforat̄.⁊ quid
plura nō remāſit in eo aliqua ſanitas niſi lingua vt teſtamentū ſuū ꝯſti-
tueret.⁊ ſingulis opa pietatis diſtribueret. apoſtolis ꝑſecutionē. iudeis
corpus.patri ſpiritū.virgini paranymphū.latroni paradiſum. peccato-
ri infernū.chriſtianis penitētibus crucem. Talis eſt dilectus meus factꝰ
ꝓ te anima fidelis.O ſacerdos ſancte qui iam in hoc officio ſacratiſſime
miſſe cupis ꝯiungi chriſto.ipſe eſt amicus meus. ip̄e eſt cādidus vt nix.
ipſe eſt rubicundus. Rubrū em̄ eſt indumentū eius.⁊ veſtimēta eius ſi
cut calcātium in torculari.O ſacerdos ſacerdos animaduerte vocem di-
lecti animaduerte ⁊ audi in quibus dilectus tuus laudat̄.quibus laudi-
bus ⁊ tu inuiteris ad ſectādas ⁊ obſeruandas has virtutes p̄termiſſis
oībꝰ ceteris virtutibꝰ ꝑ duo tm̄ dilectꝰ cui aſſociari deſideras laudat̄.vi-
delicet ꝑ mūdiciā vite ⁊ martirij penā. vt ⁊ tu imitādo caſtitatē ⁊ mētis
et corporis mūdiciā teneas.⁊ patiētiā ꝓ xp̄o in oībꝰ aduerſis feras gra-
tāter. Tenet̄ ꝑfecto vnuſqſqꝫ ſacerdotū.etiā voto ſolēni vt inq̄t venera-
bil' doctor Joānes Gerſon ꝯcellariꝰ pariēſis in tractatu de vita ſpūal' aīe
et ī tractatu de caſtitate cleri ꝓpe finē.ad caſtitatē ſeruādā ꝑpetuā qꝛ nō ſo
lū vouit ſꝫ votū ſolēniſauit ꝑ ordīs ſuſceptionē. Ideo ſubdit. Si neſciuit
ſciat.Eſt em̄ vt inq̄t canon Cū in p̄cepto.lxxxiiij.diſtin.⁊ in ca.aliter.caſti
tas annexa ordini ſacro.Et etiā regule monachali vt ꝯtra eā nec ſummꝰ
pōtifex poſſit licētiā indulgere.in.c.cū ad monaſteriū de ſta. monachorū.
Et.xxvij.queſ.i.ca.i.ꝙ ꝗ fidē caſtitatis fouerūt deo.irritam faciendo dā-

nationem incurrunt. Etiam canon. Ante triennium diſtin. xxxi. ꝓhibet
ꝙ nullus ad altaris miniſterium debet accedere niſi caſtitas eius ante
fuerit approbata. Ideo dīt ca. de his qꝫ. xxviij. di. Cauendū ē his. ⁊ loqᷓ
de ſacerdotibꝰ. dyaconibꝰ ⁊ ſubdyaconibꝰ, ne qn̄ ſue ſpōſiōis imemores
aut ad frenas nuptias aut ad furtiuos ꝯcubitus vltro ꝯcurrāt qđ ſi for-
te fuerit vt ſacrilegi rei vel ab eccl'ia habeāt extranei. Pena aūt ſacrilegij
eſt infamia in ca. infames. vi. q̄ſtiōe. i. in cap. attendēdū. in ca. ſi qs. vij. q̄-
ſtiōe. iiij Tenet igit ſacerdos nō mō ex mō ſui ꝑdilecti ad ꝯtinētiā ⁊ men-
tis puritatē. ſꝫ etiā ex voto ſolēni. imo ex ſtatuto eccl'ie vt iā ꝓbatū ē. Et hoc
ideo. qꝛ ſacerdos q̄ totꝰ ē dn̄o ⁊ dilecto ſuo ꝯſecratꝰ ⁊ exēptꝰ a curis fa-
miliarꝫ. ⁊ ſolutus legibꝰ ciuilibꝰ. debet orōni iugiter vacare. ideo rōnabilr
aſtringit voto caſtitatis Attēde q̄ſo o xp̄i ſacerdos ⁊ reſpice veteris legl
ſacerdotes dūtaxat in altari dn̄i hircos ⁊ vitulos ꝓ pctīs offerētes q̄ta
ſup alios ſctītatis. q̄ta caſtitatis eis īponebat artatio. vxorē nō niſi vir-
ginē nō niſi ſemel ⁊ vnicā. nō repudiatā. nō ſordidā. ipīs fas erat accipe-
re. Vacabāt ab vxorꝫ amplexu q̄libet tpe vite ſue ⁊ qn̄ offerre volebant
dn̄o ſub mortis intermīatiōe ſi moriebat vxor eiꝰ in adoleſcētia ꝯtinendi
neceſſitas incūbebat. Leuitici. xxi Et qm̄ aſſidue nr̄i ſacerdotes ſacris oc-
cupāt miſterijs nō hircū aut vitulū. ſꝫ agnū īmaculatū dn̄o offerētes. qd
diuiniꝰ q̄ꝫ vt ꝯtinua polleāt caſtitate. vacāt legi dei quā ab eorꝫ ore ꝓplus
reqrit. Nec aūt lex ſicut īmaculata ē. īmaculatū ſpeculatorē ⁊ doctorē exi-
git. Nō moueat vos o ꝑclariſſimi ſacerdotes grecorꝫ ſacerdotū ꝯiugiū
ſꝫ potiꝰ mēte intimiꝰ ſequētia ꝑpēdite. cur ipi ⁊ eorꝫ populꝰ ferociſſimis
xp̄i noīs inimicis ſubiugati ſunt. nullo honore ⁊ dignitate ammō affecti.
et illa q̄ iā pridē legiſꝑitia fuerāt ꝑditi. mō penitꝰ ſunt priuati Ois deniqꝫ
ſcītiarꝫ ornatꝰ q̄ ꝓmeuis tpibꝰ mirꝫ īmodū pollebāt abſceſſit ab eis ⁊ ī va-
rias iā ſupra modū corruerūt errores diſſonos romane eccl'ie vereqꝫ pi-
etati. ꝑfecto nō alia ex cā. niſi qꝛ dereliqrunt fontē viuū mūdiſſimū ⁊ ca-
ſtiſſimū ſacerdotij dignitatē ꝯtaminādo. ⁊ ciſternā diſſipatā oīs īmūdi-
tie fomētū ꝯiugiū ꝑter ꝯſuetū ⁊ īhoneſtū ſibi q̄ſiere. ſctā dn̄i polluenda.
Ecce manꝰ dn̄i valida ⁊ fortis ſup eos. qs ꝓ futuro ſecurare eos poterit
a flāma incēdij eterni. Neqꝫ refert ꝙ hmōi ꝯiugati vel q̄cūqꝫ alij ſacer-
dotes votū caſtitatis nō emiſerint. Dico enī cū ſanctis doctoribꝰ ſiue qs
ſacerdotū vouēs ore ſiue nō ꝑpetuā obſeruare tenet ꝯtinētiā ſiue caſtita-
tē. dū aliqs ſacerdotl' dignitatē ſuſcipit. qꝛ vt ſic nedū vouet. ſꝫ votū etiā
ſolēniſat. matrimoniū iā ꝯtractū dirimēs nō minꝰ quā monachis qđ ſū-
me notādū ē. Redeat ergo vnuſqſqꝫ. tn̄ ꝑcipue ſacerdos ad cor ad dile-
ctū ſuū. cuiꝰ caracterē mēte gerit. Eſt enī ſacerdotalis caracter ꝓprie ca-
racter xp̄i. vt inqt doc. ſctūs. iij. par. q. lxiij. ar. iij. ca. tāqꝫ ducis q̄ fungant
fideles ſacerdotio xp̄i. Imitet vnuſqſqꝫ veſtigia eiꝰ. eiꝰ videlicet q̄ eſt cā-
didus ⁊ ſine macula ⁊ rubicūdꝰ in aduerſis. vel carnis vel ſpūs patiētiā

obſeruādo. Nā in patiētia veſtra poſſidebitis aīas vr̄as. Triſticia vr̄a
ait xp̄us diſcipulis loquēs de ſua paſſione ꝯuertet̄ in gaudiū Joānis .xv.
Nec eſt illa triſticia q̄ in gaudiū marie eternū vertit̄ de xp̄i paſſiōe p̄con-
cepta. de illa vtiqꝫ triſticia ſaluator affat⁹ eſt. quā cordis meſticiā vel po-
tius mētis ꝯpaſſionē aīa deuota ex verbis ſignis ſacri canonis miſſe ſi in
ſtitutionē eorūdē aīaduerterit. optime ꝯſeq̄ poterit q̄ ſigna ſupioꝛib⁹ die
bus ex doctrīa ſctōꝝ doctoꝝ in officio miſſe ſatis p me maſticata iuxta to-
tū xp̄i paſſiōis ſeriē ⁊ explicata ſunt. q̄re ad nudū textū eiuſdē canōis miſ
ſe in p̄nti ope me ꝯuertā. ꝓ ſimpliciū ꝯtēplatiōe noticia de verbo ad ver-
bū cū certis notabilib⁹ ſacrū illū canonē explicādo. Tametſi varios p do
ctoꝛes idē ſacerrim⁹ canon p diuerſa eoꝝ volumina late ⁊ multū diffuſa
q̄tū ad oīa miſſe dubia. antea ſatis explicat⁹ ⁊ maſticat⁹ ſit. Tn̄ ne q̄s ꝓ
lixitate attediat⁹. vel tantoꝝ doctoꝝ clariſſimoꝝ dicta ⁊ ſingula dubia le-
gere ⁊ relegere negligat. Aut foꝛtaſſis ne q̄s ea. ſui ꝓpter inopiam emere
ꝯtēnat. in p̄ntiaꝝ breuitate inſeruire cupiēs. q̄ diſpēdioſe tradita ſunt hic
p̄nti meo in opuſculo ſub cōpēdio. dimiſſis ſacratiſſime miſſe dubijs. pro
honoꝛe dei. ⁊ oīm fideliū. ſignāter q̄ꝝ intereſt pagere officia ſacratiſſime
miſſe. ꝑfectu ⁊ deuotiōe ſacrū canonē de verbo ad verbū explicare p̄cōce-
pi. Nō iuxta meā ſnīaꝫ. ſꝫ poti⁹ ſm ītellectū veꝝ ⁊ rectū. doctiſſimoꝝ viro
rū. et doctoꝝ clariſſimoꝝ breuia notabilia. ꝓ ei⁹ſdē elucidatiōe ānectēdo
quatinus quilibet attent⁹ lectoꝛ et diligens. hec ſcripta relegendo et per-
legendo. ea que concernunt diuinum cultum. et ſacratiſſime miſſe officiū
precipue eius canonem intelligere valeat cum mentis ſuauitate. atqꝫ ani
mi profectu. Accipe ergo o ſacerdos hec litterarum monimenta. et ſanc-
toꝛum doctorum optima documenta. his indeſinēter adhereas. in his te
exerceas. addiſcēdo. quomō illa diuiniſſima ſacramenta tractare debeas
reuerenter. pura mente. tanto regi .i. chriſto cōpatiendo. ſuamqꝫ non mi
nus ſpecioſitatem amariſſima paſſione omnino amiſſam plangere ſtude
as. Itaqꝫ voluntarie pro tuo dilecto. triſticiam aſſumere non negligas.
que triſticia profecto in optimum et in incōmutabile. iuxta dictum ſalua-
toris conuertetur tibi gaudium. et ſempiternum. Quod vobis preſtare
dignetur trinus et vnus deus Amen.

Sequitur textus canonis miſſe vna
cum expoſitione ⁊ declaratione eiuſdem.

TE igitur clementiſſime pater
per Jeſum chriſtum filium tu-
um dominum noſtrum ſup-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0011-7

**plices rogamus et petimus vti acce-
pta habeas ⁊ benedicas hec ✠ dona
hec ✠ munera hec ſancta ✠ ſacrifi-
cia illibata.**

Canon ſacratiſſime miſſe diuiditur in quinqꝫ partes ꝓpter quintu-
plicem ſanguinis chriſti effuſionē ſcꝫ in ſanguinei ſudoris effluxione. fla
gellatione. coronatione. crucis affictione. ⁊ lateris aperitione. Prima ps
ſubdiuidit᷑ in duo capitl'a. Et capitulū ꝑmū iterū ſubdiuidit᷑ in tres ptes
Primo dirigit᷑ petitio ad deū vt has oblatōes acceptet. ⁊ bn̄dicat. q̄ ptes
et capitula patebūt ſm ordinē. Et exponit᷑ ſic canon. Te igit᷑. i. certe aſ
ſertiue ſumptū. Vel exponit᷑ ꝓ ergo ſumptū ꝯtinuatiue. Clementiſſime
id eſt miſericordiſſime Pater ſcꝫ creatione Per Jeſum chriſtū. tanq̄ʒ pre
mediatorem. Filiū tuū ſcꝫ naturalē. Dn̄m noſtrū. non vſurpatiuū ſꝫ dn̄m
dominantium. Supplices rogamus ⁊ petimus id eſt humiles. non pre-
ſumentes de noſtris meritis. ſed confidentes de tua benignitate. Vti id
eſt vti aduerbium ſimilitudinis. ⁊ debet acui in fine propter vti verbum
infinitiui modi. Accepta. i. grata. Habeas. i. ſuſcipias. Et benedicas ſcꝫ
ad verum et ſalubre ſacrificium conuertendum. Hec dona a deo nobis
collata. Hec munera. a nobis allata. Hec ſancta ſacrificia. quo ad repre
ſentationem. quia repreſentant corpus ⁊ ſanguinem Jeſu chriſti. Illiba
ta. i. immaculata. Et illa tria idem ſignificant. ſed diuerſis rationibus.
Jdeo idem ſub diuerſis verbis hic reiteratur ⁊ hoc propter excitare de-
uotionem. Vnde Innocentius Sermonum enim multiplicatio ⁊ in-
culcatio pie deuotionis eſt excitatio vel ineffabilis commendatio ſacra-
menti. Et dicuntur dona. quia chriſtus fuit nobis a deo datus. Munera
quia a Juda traditus. Sacrificia. quia a iudeis ad mortem oblatus. Et
hec dicuntur ſancta. ratione ſignificationis. quia ſignificant corpus ⁊ ſan
guinem chriſti. Et illibata ratione offerentis. quia debet ſine macula eſſe
quando hec offerre pretendit alias iudicium ſibi manducat ⁊ bibit. pri-
ma. Corinthiorum vndecimo. Circa hanc literam

t Breuiter eſt notandū q̄ canon a T. incipit᷑ ſic formata ad mo-
dū thau. vel ſignū crucis. qꝛ ſm Yſidorū litera thau ſignificat
crucē xpī. Et in iſta litera tria ſunt notāda. Prīo eſt ibi baſis. ſig
nificans fidei fortitudinē. Eſt etiā ibi ſtipes. ſignificans ſpei altitudinem
Et eſt ibi linea tranſuerſalis ſcans latitudinē charitatis. Debet em̄ hr̄e
ſacerdos precipue thau in fronte ſuo. videlicet fortitudinem animi ꝯtra
omne tēptamētū. ſpem pro ſupernis obtinendis. ⁊ charitatē dei ⁊ ꝓximi

ad quē dirigit ⁊ ꝑ qb⁹ dirigit ei⁹ oratio. Dicit. Te igit ad denotandum ꝯtinuationē ꝑfatiōis ad canonē. ⁊ ꝙ nulla oratio infra ꝑfationē ⁊ canonē ꝑter ſctūs ē inſerēda. Multiplicāt etiā v̄ba petitiōis ſcz rogam⁹ ac petimus. idē ſcātia. ꝓpter exprimere magnitudinē affect⁹. Dicūt v̄ba iſta in plurali. hec dona ⁊c. ꝓpter diuerſitatem ſpērū atqz ſubārū vini ⁊ panis. Et ad hec v̄ba ſcz dona mūera. tres cruces fiūt. ad deſignandū triplicem xp̄i traditionē ſcz a patre. a iuda. a iudeis. ab illis tribus tradit⁹ fuit. pr̄ia fuit ex gr̄a qz ſm apoſtolū. Proprio filio ſuo nō pepercit de⁹. ſed ꝓ nobis oīb⁹ tradidit illū. Scđa ex auaricia. de q̄ dicit Judas q̄rebat oportūitatē. vt eū traderet. Mat. xxvi. Tertia ex īuidia de q̄ Jo. xx. Gēs tua ⁊ pontifices tui tradidērt te mihi. Et ſignū cru. trib⁹ digitꝭ ꝑficiēdū ē q̄ ſb īuocatiōe trinitatꝭ ꝑficiūt. et a ſupiori trāſit ad inferi⁹. qz xp̄s de celo trāſijt ad terrā et ꝓducit a ſiniſtra in dexterā. qz de miſeria trāſire debem⁹ ad gloriā. ſicut xp̄s trāſijt de morte ad vitā de inferno ad paradiſuz ⁊c. Sequit textus.

**In primis que tibi offerimus pro eccleſia tua ſancta catholica. quam pacificare. cuſtodire. adunare. et regere digneris. toto orbe terrarum vna cum famulo tuo Papa noſtro. N. et antiſtite noſtro. N. et rege noſtro. N. et omnibus orthodoxis. atqz catholice et apoſtolice fidei cultoribus.**

Hec eſt ſcđa ps ꝑmi capituli ꝑme ptis in qua fiūt orōnes ꝓ his. q̄ in dignitate ꝯſtituti ſūt ſcz tā ꝓ gladio ſpūali q̄ꝫ ſeculari. ⁊ ꝓ tota eccl'ia. q̄ ab eis gubernat. Seqt expoſitio. In ꝑmis. i. principaliter. Que ſcz dona. mūera ⁊ ſacrificia. Tibi ſcz deo pr̄i. Offerimus. i. ſacrificam⁹. Pro eccleſia tua. i. ꝓ cōgregatiōe oīm fideliū vinculo charitatis vnita. Sancta. i. ꝯfirmata ⁊ ſcata. Catholica. i. vniuerſali. Quā ſcz eccleſiā. Pacificare. i. pacē ab hereticis ⁊ ſciſmaticis habeat. Cuſtodire ſcz a vicijs ⁊ demonijs ⁊ inimicis. Adunare ſcz q̄ diſpſa eſt inter ꝑfidos iudeos. bohemos ⁊ paganos. Et regere digneris ſcilicet in proſperis et aduerſis. Toto orbe terrarū ſcilicet diffuſam.. Vna. i. pariter. aduerbium congregandi. Cum famulo tuo papa noſtro ⁊ antiſtite noſtro. i. epiſcopo noſtro. Rege nr̄o ſcz

romanoꝝ̄. vel impatore. Et omnib⁹ orthodoxis id eſt chriſtianis q̄ ſub vtraq̄ ptāte fidē chriſtianoꝝ colunt. Atq̄ catholice id eſt vniuerſalis. et apoſtolice fidei .i. per apoſtolos fundate. Cultoribus .i. veneratoribus. Nota ꝙ ſacerdos gerit typū pſone cōis repreſentans chriſtū. ⁊ ideo dicit offerim⁹. ad denotandū ꝙ ſacerdos nō tm̄ in ſua ſed toti⁹ eccleſie perſona ſacrificat quapropter nō min⁹ vel maius pficit̄ a ſacerdote bono vł malo ſicut nec infirmitas virtutē impedit medicine. q2 nō in merito ſacerdotis ſed in verbo ꝯficit̄ creatoris. Nō em̄ iniqtas ſacerdotis effectū impedire pōt ſacramēti. ſicut nec infirmitas medici virtutē impedit medicine. ſed tm̄ ſi malus ſibi recipit ad eternam damnationem. ſi bonus ad vitam eternā. Dicit̄ em̄ ꝓ antiſtite noſtro. et debet intentio referri ad ep̄m in cui⁹ dioceſi quis celebrat. nō a quo eſt ordinat⁹. vel a cui⁹ dioceſi eſt oriūdus. Antiſtes celebrās nō debet dicere. ꝓ antiſtite noſtro. Etiā in dioceſi romana nō debet dicere celebrās. ꝓ antiſtite. q2 iſta dioceſis non habet antiſtitem ſed ſolū papā. Subiūgit̄ ꝓ rege noſtro. Et ſm̄ aliqs vt dixi intelligit̄ ꝓ rege romanoꝝ̄. q2 papa ⁊ rex romanoꝝ tenēt apices gubernatiōis eccleſie. Alij dicūt ꝙ debet referri ad regem in cui⁹ regno ſacerdos celebrat. ſicut illud de antiſtite referre dꝫ ⁊c. In iſta pte canonis ⁊ ſequēti ꝯuenit inueſtigare ⁊ ſcire qbus. ⁊ ꝓ qb⁹ qualiter. et quare ſacrificiū altaris debemuſ3 offerre. que quattuor ex ip̄o canone aduertere poſſum⁹. Primo qb⁹ ſcꝫ ſoli deo ⁊ indiuidue trinitati. qđ tangit̄ ibi. reddūt vota ſua eterno deo. Secūdo ꝓ qbus. q2 ꝓ eccleſia catholica et oīb⁹ orthodoxis. ibi ꝓ eccleſia tua ſancta catholica. Tertio qualiter ſcꝫ in vnione fidei. et cōmunione ſanctoꝝ. ibi cōicantes. Quarto quare ſcꝫ ꝓ beneficijs ſpiritualib⁹ eternis et tpalib⁹. etiā ꝓ oībus ꝓpter deū. ibi ꝓ redēptione aīarū ſuarū. Et q2 ſacerdos vt dictū eſt. cōis pſone typū gerēs et repſentans chriſtū. ideo etiā orat ꝓ bono cōmuni vniuerſalis eccleſie. rogādo ei quattuor ſcꝫ trāqllitatē pacis. ibi pacificare. Cuſtodiā ab aduerſarijs. ibi cuſtodire. Tertio adunationē oīm ī fide vna. ibi adunare. Quarto cōuenientē vniuerſalis eccleſie gubernationem ꝓ ſalute oīm fidelium

Sequitur textus.

**Memento domine famulorum famularumq̄ꝫ tuarū. N. et omnium circūſtantiū quorū tibi fides cognita eſt et nota deuotio. q̄ tibi offerūt hoc ſacrificium laudis. pro ſe ſuiſq̄ꝫ omnibus**

**pro redemptiõe aiarũ ſuarũ. pro ſpe ſalutis et incolumitatis ſue. tibi reddũt vota ſua eterno deo viuo ⁊ vero.**

Hec eſt tertia ꝑs primi capituli prime partis. in qua ſpecialiter fiũt orōnes pro quibuſdam perſonis coniunctis et circumſtantibus

Exponit̃ aũt litera ſic. Memento. id eſt miſerando recole. Famulorũ id eſt ſeruorũ. Famularũ id eſt ancillarũ tuarũ colentiũ te ꝑ fidē catholicã. Et oĩm id eſt ſingulorũ. Circũſtantiũ id eſt audientiũ miſſam. Quoꝝ ſcꝫ audiẽtium. Fides tibi id eſt qui ſolus ſcis qui recte credunt. Cognita eſt. idemeſt manifeſta. Et nota id eſt aperta Deuotio qui habent charitatem et cognoſcis qui deuote te diligunt. eo ꝙ nihil te latet. Qui tibi offerũt ſcꝫ circũſtãtes fideles ꝑ perſonã ſacerdotis. Hoc ſacrificiũ. i. hãc oblationē. Laudis. i. in quo ſpecialiter laudaris. Quod ꝑcipue dicit̃ ſacrificiũ laudis. qꝛ eſt omni laude dignꝰ. Pro ſe ſcꝫ ipis. Suiſqꝫ ſcꝫ amicis. Omnibꝰ. ſcꝫ familiaribꝰ cognatis cõſanguineis ꝓ redēptiõe animarũ ſuarũ id ꝓ remiſſione peccatorũ in quibꝰ etiã remittunt̃. Pro ſpe ſalutis. i. ꝓ eterna retributione. Et incolumitatis ſue. i. ſanitatis corporis ꝯſeruãde vel acqrende. Tibi reddũt id eſt reddendo tribuũt. Vota ſua id eſt deuotionē ſuã vel deſideria vl' ꝓ miſſa bona. Eterno deo. quo ad patrem ſꝫm eſſentiã. Viuo quo ad filiũ. Et vero quo ad ſpiritũ ſanctũ.

Sequunt̃ notabilia. Dicit̃ eterno ꝓpter excludere hoĩes. Viuo ꝓpter ſculptilia. Et vero ꝓpter demones. Dicit̃ notanter. Memēto dñe. nõ ꝙ aliqua obliuio caderet in deũ ideo dicimꝰ. ſed ſicut illoꝝ obliuiſci dicit̃ quos ſua gratia nõ viſitat vt dicit Innocentiꝰ ſic ⁊ deus dicit̃ ſcire hos ⁊ noſcere illos quos viſitat ſua gratia ⁊ quos approbat. Memēto igitur famulis ꝑ tuã gratiã eos viſitãdo. Notandũ eſt ꝙ in illa cõmemoratione ꝓ viuis tñ debemꝰ rogare. et nõ eſt neceſſe vocaliter eoſdē explicare. cũ deus ſit exauditor cordiũ pluſqꝫ vocũ. Nec nimis magna memoria debet fieri. et hoc ꝓpter cordis diſtractionē et mentis euagationē. ſed breuiter debet ſe ſacerdos expedire. põt tñ talis modus teneri cogitãdo. Memēto ⁊c̃. Primo mei indigni ſacerdotis. gratiam mihi tribuẽdo. vt hoc ſacrificiũ laudis valeam offerre tibi ⁊ oĩbus ſanctis tuis. ad honorē ꝓ me ⁊ oĩbus ꝓ quibꝰ teneor ad ſalutē ac ꝓſperitatē. Secũdo ꝓ parentibꝰ tã carnalibꝰ ꝗ̃ ſpũalibꝰ. fratribꝰ. ſororibꝰ. patruis. Et ſꝑ in gtõ iſta noĩa debēt memorari. Tertio benefactorũ in gñe. In ſpecie iſtorũ. N. tribu. illis iuxta tuã ſanctã volũtatē atqꝫ eoꝝ corporis et anime neceſſitatē. Quarto oĩm inimicoꝝ infideliũ. reuoca eos ab erroribꝰ ⁊ inſidijs eorũ. vt omnes gratiã tuã obtinere valeamꝰ. Multũ eñ laudabile ⁊ decẽs

eſt ꝙ ſacerdos ſeruat pſonarũ ordinẽ ſcḿ merita et dignitates poſtqȝ ſui ipſiꝰ ⁊ ſuoꝝ memoriã parentũ habuerit. Etiam nõ eſt neceſſe vt dixímꝰ ꝙ noĩa ꝓpria exprimat. eo ꝙ deũ nihil latet. ſed ſolũ intentionẽ ⁊ affectum ad has pſonas ꝓ qbꝰ orare vult gerat. Et nota ꝙ immediate poſtꝙ̄ dictum fuerit. Memẽto domine famuloꝝ famularũqȝ tuarũ debet ſequi talis cõmemoratio ⁊ taliter vti diximꝰ. Deinde cõpleta ꝯmemoratõe ſeq debeat. Et oĩm circũſtãtiũ in q notaꝛ qȝ ſalubre eſt intereſſe deuote miſſe.

Cõmunicantes et memoriã veneran-
tes in primis glorioſe ſemp virginis
marie genitricis dei et dñi noſtri Je-
ſu chriſti. Sed et beatorum apſorũ ac
martyrũ tuorũ Petri Pauli Andree
iacobi ioannis thome iacobi philip-
pi Bartholomei Mathei Symonis
et thadei. Lini Cleti Clementis ſixti
Cornelij Cipriani Laurentij criſogo-
ni iohannis et pauli coſme et damia-
ni. Et omniũ ſctõrũ tuorũ quorũ meri-
tis precibuſqȝ cõcedas. vt in omnibꝰ
protectionis tue muniamur auxilio.
Per eundẽ chriſtum dominũ noſtrũ.

Jſtud eſt ſecundũ capitulũ prime partis canonis in quo fiunt memorie aliquorum ſanctorũ et inuocationes ꝓ ſuffragijs eorundem. •

Sequiꝛ expoſitio. Cõmunicãtes ſcȝ in vnitate fidei. cũ ſanctis ſumus hic in via. q: pticipamꝰ cũ eis in fide. ⁊ quã ipſi habuerũt et qȯ ipſi credi

derūt ꝛ nos credimꝰ indubitanter Et ſubiungit Memoriam venerātes
id eſt recolētes ſcꝫ ſanctoꝝ oīm qui mediāte hoc ſacrificio ſalutem conſe-
cuti ſunt. In primis id eſt ꝑ omnibꝰ ſanctis. Glorioſe ſemper id eſt ꝑpe-
tue virginis marie. Genitricis .i. matris dei ꝛ dn̄i noſtri Jeſu chriſti. in q̇
bꝰ notat excellētia maria bt̄e v̓gin̄. Ideo d̄r de ea. Sū qd̓ erā. nec erā qd̓
ſum. nūc dicor vtrūqꝫ. Sꝫ ꝛ btōꝝ apl'oꝝ. ꝛ hoc ideo. qꝛ ipi nobis tradide-
rūt formā ꝛ ritū offerēdi hoc ſacrificiū.. Ac martyrū tuoꝝ. q̇ effuſiōe ſan-
guinis ſui tāq̄ teſtimonio ꝓbauerūt. Et noīant .xij. apl'i. et .xij. martyres
q̇ ꝓ teſtamēto dei ꝛ teſtimonio fidei duodecim articuloꝝ ſua corpora tra-
diderūt. Sequit Petri. quē dn̄s fecit clauigerū celi ꝛ caput eccl'ie. q̇ in
ꝑmitiua eccleſia modū celebratiōis ꝛ ꝯſecratōis miſſe adauxit. vltra ver-
ba ꝯſecratiōis dn̄icā orōnē adiungēs. Pauli. q̇ raptꝰ eſt in tertiū celū.
modū celebrādi atqꝫ ꝯſecrādi didicit vt patet .i. chorin .xi. Andree. qui
de veritate huiꝰ ſacramēti in achaia multū diſputauit. Jacobi ſcꝫ ma-
ioris intellige. fratris Joānis euāgeliſte q̇ maior d̄r. eo q̄ vocatione ꝑor
q̄ȝ alter fuit. Joannis q̇ in cena recūbēs ſup pectꝰ dn̄i. altitudinē huiꝰ
ſacramēti ꝑ ceteris excellētiſſime hauſit. Thome q̇ in loco clauoꝝ xp̄i
digitos ſuos intulit. ad fidē ꝯfortandā. ꝛ de corpore glorificato de quo du-
bitauerat nos pleniꝰ inſtruxit. Jacobi minoris q̇ frater dn̄i agnoīat.
eo q̄ ſimiliꝰ fuiſſe ꝓhibet. Et ſic de alijs ſanctis apl'is ꝛ martyribꝰ. quoꝝ
noīa hic in canone explicant. q̇ oēs hoc ſacratiſſimū ſacramentū ſuis paſ-
ſionibꝰ fideli teſtimonio ꝯfirmauerūt. Circa qd̓ notādū eſt quare alij
ſancti martyres atqꝫ apl'i nō ſunt impoſiti. q̇ tn̄ maximis paſſionibꝰ atqꝫ
mirabilibꝰ claruerūt ſicut ſctūs Steffanꝰ barnabas ꝛc. Rn̄det q̄ cano
iſte ex inſpiratiōe diuina eſt ꝯpoſitꝰ. ideo iſti ex diuina reuelatiōe hic ſunt
inſerti et nō alij. Unde legit q̄ aliqui ſancti patres ꝗ voluerūt aliqs int-
ſerere ꝛ aliquos remouere. in craſtino noīa illoꝝ q̇ remouebant aureis
literis inuenerunt inſcripta. quapropter nullus tāte audacie debet eſſe q̄
aliquē ſanctū in canone addere vel deponere ꝑſumat. Sequit. Et oīm
ſctōꝝ tuoꝝ quoꝝ meritis ꝛ ꝓcibꝰ .i. interceſſionibꝰ. Nā iuxta Hierony-
mū hec clauſula apponit. qꝛ feſtiuitas oīm ſctōꝝ ſingulis diebꝰ celebrari
nō pōt. cū dicit Euſebius q̄ in quolibet die amplius q̄ȝ qnqꝫ milia ſctōꝝ
feſta ꝯcurrūt. excepto die kalēdarū Januarij quo intēdebāt gētiles epul-
et ſolēnitatibꝰ et nō ad martyriſandū ſctōs Sequit. Ut muniamur .i.
ꝓtegamur. Auxilio .i. ſubſidio. Tue ꝓtectiōis in oībꝰ ſcꝫ opibꝰ. orōnibꝰ
actionibuſqꝫ noſtris. Dubitat quare hic in canone et in celebratione
miſſarū. ſctōꝝ memoriā celebramꝰ. ꝛ coꝝ auxiliū imploramus. Rn̄det
q̄ eccleſia memorat ſanctoꝝ noui teſtamēti in ꝯſecratiōe huius ſacrificij.
nō vt aliquid opent ad ꝯſecrationē huiꝰ ſacramēti. ſed vt coꝝ meritis iu-
uemur et ſanctificemur. quatinus digne et ſalubriter huius ſacrificij ob-
lationē ꝑficiamꝰ. Concludit tandē hec orō. Per eundem dn̄m noſtrum

qꝛ ſicut ꝑ ip̄m oīa fctā ſunt. ſic ⁊ oīa ꝑ ip̄m ſunt terminād̄a. Et nō rn̄det̄ B
Amē qꝛ vt dicit rōnale. pie credit̄ ⁊ indubitāter p̄ſumit̄. qꝛ iā aſſint ange-
li. ip̄i ſacerdoti miſtrātes ⁊ loco miniſtratoꝝ Amē rn̄dētes. Quare ſcti
ā nob̄ ſīt venerādi Rn̄det Damaſcen⁹ li. iiii. ca. vij. et ponit q̄ttuoꝛ rōes
q̄ ꝓ vna ꝯputant̄ ſcȝ qꝛ amici ſunt dei. Joannis. xv. Jā nō dicā vos ſuos
ſed amicos meos. Scd̄o qꝛ filij dei. Joannis. x. Dedit eis ptātē filios dei
fieri. Tertio heredes dei ad Roma. viij. Si aūt filij et heredes. Quarto
duces vr̄i. De q̄ Da. ſic dicit. Si q̄s multū laborat ducē inuenire q̄ eū ali
cui regi mortali adducat. ⁊ ꝓ eo ad ip̄m v̄bū faciat. q̄̄to magis duces ge
neris hūani q̄ ꝓ nobis ad deū interpellationes faciunt ſunt honorandi
templa eis erigenda et memoria eorum veneranda.

**Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtre ſed et cuncte familie tue qͣs domine vt placatus accipias dieſqȝ noſtros in tua pace diſponas. atqȝ ab eterna damnatione nos eripi ⁊ in electorum tuorum iubeas grege numerari Per criſtū dominū noſtrum.**

Iſta eſt ſcd̄a pars principalis canonis in qua poſtulat̄ dei pr̄is benig-
na placatio ⁊ huius ſacramēti ꝯſecratio. Et ſm̄ hoc iſta ps ſubdiuidit̄ in
duo capitula. Pr̄o poſtulat̄ dei pr̄is benigna placatio. vt ſic placat⁹ acce-
ptet nr̄a ſacrificia ⁊ det nobis pacē. ⁊ vt liberet nos de maſſa ⁊ ꝯgregatiōe
dānatoꝝ. ⁊ enūeret nos inter electos ſuos. Sequit̄ expoſitio. Hāc igit̄
oblationē. i. oblatū ſacrificiū. Seruitutis noſtre ſcȝ qd̄ tibi in vera adora-
tione ſoli deo offerim⁹. Sȝ ⁊ cūcte familie tue ſcȝ militātes ſub vexillo ſctē
crucis ⁊ chriſtiane milicie. Queſum⁹ dn̄e ſcȝ om̄ps ⁊ pater clemētiſſime.
Vt placat⁹. i. mitigat⁹ p̄cib⁹ ⁊ intceſſionib⁹ ſctōꝝ tuoꝝ. Accipias. i. gra-
tanter acceptes. Dieſqȝ nr̄os. i. tp̄a vite nr̄e. In pace. i. in trāquillitate pa
cis ⁊ ſecuritate. Diſponas. i. ordines. Atqȝ ꝓ et Ab eterna dānatione. i.
pena infernali. Nos eripi. i. miſericorditer liberari. Et in electoꝝ tuoꝝ. i.
ſctōꝝ a te eternaliter p̄deſtinatoꝝ. Jubeas grege. i. ꝯſortio ⁊ aggregatiōe
Numerari. i. aſſociari. Per. c. d. n. Iſta lr̄a iā lecta eſt quodāmō ꝯclu-
ſio oīm p̄dictoꝝ ſpēaliter huius qd̄ ꝑ oblationē hui⁹ ſacrificij impetrare

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0018-6

intēdimꝰ. Et eſt ſnīa iſta. qꝛ ſctī tui dn̄e quoꝝ ꝯmemoratio iā acta eſt ꝙ nobis ritū et formā huiꝰ ſacramēti tradiderūt ⁊ reliquerūt. ipſumqꝫ offerendo ⁊ ſumēdo gratiā ꝯſecuti ſunt. ſic ⁊ nos meritis ⁊ ꝑcibꝰ coꝝ tua ſolita ꝓtectione muniri ꝯfidimꝰ. Jccirco illis ꝓ nobis ſic intercedentibꝰ rogamus ꝯfidēter. quatenꝰ tu deꝰ pater ꝑ chriſtū. d. n. idē ſacrificiū qđ tibi ſoli deo vera adoratione impendimꝰ. placatꝰ meritis ⁊ interceſſionibꝰ ſanctoꝝ tuoꝝ approbando accipias ⁊ gratuite acceptes Vt hoc ſacrificium trāquillitatē pacis. liberationē ab eterna damnatione et conſortium tuorum ſanctorum omnium nobis obtineat.

**Quam oblationem tu deus in omnibus queſumus bene✠dictam aſcri✠ptā✠ratam rationabilem acceptabilemqꝫ facere digneris. vt nobis cor✠pus et ſan✠guis fiat dilectiſſimi filij tui domini noſtri ieſu chriſti**

Jſtud eſt ſcđm capitulū ſcđe partis. in quo petit magnū ⁊ arduū ſcꝫ ꝙ ex eſca materiali fiat nobis corpꝰ ⁊ ſanguis dn̄i noſtri Jeſu chriſti. Et eſt ſententia iſta. O deus pater clemētiſſime nos petimꝰ quatenꝰ hāc oblationē ꝯſecrare. approbare ⁊ ꝯſeruare digneris. in rōnabilē ⁊ acceptabilē tibi hoſtiā vel ſacrificiū ita vt ad noſtrā ſalutē panis ⁊ vinū fiat corpꝰ et ſanguis dn̄i dei nr̄i Jeſu xp̄i dilectiſſimi filij tui Exponit Quā ſic oblationē ſcꝫ ſeruitutꝭ nr̄e Tu deꝰ. ſ. paṫ clemētiſſime. Jn oībꝰ ſcꝫ exiſtēs. Queſumus dignerꝭ facere Bn̄dictā. i. ꝯſecratā Aſſcriptā. i. approbatā. Ratā. i. firmā Rōabilē. i. diuine rōni ⁊ volūtati ꝯformē. Acceptabilēqꝫ. i. acceptabile ſacrificiū. Vt ſcꝫ panis ⁊ vinū. Nobis ſcꝫ ad nr̄am ſalutē. Corpꝰ et ſanguis fiat. d. f. t. d. n. i. xp̄i. Dicit notāt ſacerdos h̄. fiat nobis. ideo qꝛ ſacerdos ē ſolū miſter huiꝰ ineffabilis ꝯuerſiōis. ideo nō in ꝑſona ꝓpria loqͥt ſꝫ in ꝑſona xp̄i loquēs. fiat. ⁊ in hoc ꝯformat ſe v̄bo creatiōis Geneſis. i. Fiat lux ſiue fiāt luminaria. qꝛ eadē potētia reqͥrit in trāſſubſtātiatōe ſicut in reſurrectiōe et in rerū creatiōe. ⁊ in verbi dei incarnatiōe. Luce. i. Fiat mihi ſm̄ v̄bū tuū. Cōueniēs eīm ē īmo oportet ꝙ hec trāſſubſtātiatō fiat per verba tranſitum ſignificantia. ideo non dicitur ꝙ panis ſit corpus chriſti. ſed bene dicit panis fiat corpus chriſti. ideo bene ponitur. Fiat. Circa quod notandum ꝙ ſacerdos hic facit quinqꝫ cruces. tres ſuper panem et calicem in cōmuni quādo dicit Benedic. aſcri. ratā. Duas

vnā ſuper panē qñ dicit corpus. reliquā ſup calicē qñ dicit ſanguis. Et repſentāt nobis vēditionē Jude. que fuit maledicta. ꝓſcripta irrita ini-qua ⁊ deteſtabilis. ideo dicit ſacerdos. Sed tu deus hāc oblationē digne-ris facere benedictā. ꝑ qua nos in celeſtib⁹ bñdicas Judas delet⁹ eſt de libro viuētiū ⁊ cū iuſtis nō ē ſcriptus. Aſcriptā. ꝑ qua nos inter electos aſcribas. Judas ſe laq̄o ſuſpēdit et epiſcopatū ei⁹ accepit alī Matā. per quā ratū et certū ſit noſcere ſalutis ꝓmiſſu. Judas exijt ꝯdēpnat⁹ ⁊ orō eius facta eſt in pctiñ Rōnale. ꝑ quā rōnabile fiat noſtre ſeruitutis obſe-quiū Judas reddit malū ꝓ bonis. et odiū ꝓ dilectione tribuit. Accepta-bilem qꝫ per quam reddas nos tibi acceptos..

**Qui pridie q̃ pateret̃ accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſu-as eleuatis oculis in celum ad te deū patrem ſuum omnipotentem. tibi gratias agens benedi✠xit. fregit et dedit diſcipulis ſuis dicens. Accipi-te et manducate ex hoc omnes.**

**Hoc eſt enim corpus meum.**

Iſta eſt tertia ps principalis canonis in qua ponunt̃ verba ꝯſecratio-nē efficiētia et finaliter ꝑficiētia. Et diuidit̃ in duo capitula. In primo in-troducūt̃ vba ꝯſecratiōis xp̄i. Et illō repſentat̃ qō dñs noſter Jeſus xp̄s in cena fecit. Quā ꝑticulā alexāder ꝑmus ſic ordinaſſe dr̄ et addidiſſe ſm̄ formā aploꝝ et euāgeliſtarū ſic derelictā. Et eſt ſnīa iſta O pater clemē-tiſſime. dñs noſter Jeſus xp̄us fili⁹ tuus ꝓxima die p̄cedēte paſſionem ſuam hora cene accepit panem in venerabiles man⁹ ſuas. et eleuādo ocu-los ſuos in celū ad te deū patrē ſuū oīpotentē. et gratias agendo bñdixit dicēs. Hoc eſt enī corpus meū. in corpus ſuū trāſubſtātiādo. Et fregit ⁊ dedit diſcipulis ſuis dicens. Accipite et māducate ex hoc omnes. Et ex-ponit̃ ſic. Qui ſcꝫ dñs noſter Jeſus chriſtus. Pridie. i precedenti die q̄ꝫ pateret̃. Accepit panē ſcꝫ nō ꝯſecratū. In ſanctas. i. ſanctificatas Ac ve-nerabiles. i. honorandas man⁹ ſuas Eleuatis oculis ſurſū ſcꝫ ſcd̄m hūani-tatem Oculis ſcꝫ tam mentis q̄ꝫ corporis. In celū. i. verſ⁹ celū. Ad te deū

patrem ſuū ſcȝ ſm diuinitatem.omnipotentem. Agens.i.referens Tibi
gratias.i.gratiarū actiões Bñdixit.i.ↄſecrauit Fregit ſcȝ ſpecie͂ panis.
Et dedit.i.porrexit diſcipulis ſuis dicens. Accipite ſcȝ ꝑ fidem Et mādu
cate.i.comedite ſcȝ ꝑ charitatē.ex hoc oēs. Circa quod notandū ꝙ ec
cleſia in die cene ſpāliter addit illā ꝑticulā.Qui pridie ꝗ̄ pateret̄.ꝓ no
ſtra omniū ſalute qđ eſt hodie ad ſingularem reuerentiā huius diei eo ꝙ
iſta die hoc veneratiſſimū ſacramentū ſit inſtitutū in qua die deſideratiſ
ſimū eſt inſtitutū ↄuiuiū.ſcđm ꝙ dominus dixit Deſiderio deſideraui h
paſcha manducare vobiſcū anteꝗ̄ patiar. Luce.xxij. Sequit̄ Accepit pa
nem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas.in quo denotat̄ ꝙ hoc ſacra
mentum nō niſi in diuinis manibus.nō viciatis ſed ↄſecratis debet reue
renter ⁊ venerabiliter tractari.Ex quo ſtatim habet̄.ꝙ ſolū ſacerdos de
bet hoc ſacramentū ↄficere. Vbi ſciendū ꝙ quattuor requirunt̄ ad
conficiendū euchariſtiam.vnde verſus. Verbum materies intentio ſen
ſus et ordo. Conueniunt chriſti vt corpus ↄficiat̄. Primo verbū.i.forma
verborum que iſta eſt. Hoc eſt eīm corpus meū. Iſtis verbis non prola
tis.non eſt ibi ſacramentum.Et ſi.eīm non de ſubſtantia forme verborum
eſt.tamen de bene eſſe eius. Cetera verba ſcȝ Qui pridie ⁊c̄. addita ſunt
ex reuelatione ſpiritusſancti.ideo ſine neceſſitate nullo modo obmitti de
bent. Secundo requirit̄ puritas materie.ꝙ de tritico puro debeat eſſe ho
ſtia.quia dominus grano frumenti ſe cōparauit. Tertio intentio ↄficien
tis.ꝙ ſacerdos intendat ſpecialiter conficere. Intentio eīm ſemper eſt ne
ceſſaria vel actualis vel habitualis.Et generaliter debet habere intentio
nem illam.ꝙ velit conficere ſm inſtitutionem eccleſie.que pro vtilitate vl̄
neceſſitate generaliter vel particulariter conficere inſtituit. Et ꝓpter hoc
ſi quis ex ludibrio vel ſtulticia proferret verba conſecrationis ſuper totū
panem in foro.⁊ totū vinū in cellario. non ↄficit.quāuis ipſe etiā habuit
intentionē cōſecrandi.vt quibuſdā placet.quāꝗ̄ quidā tenent oppoſitū.
vt patet in dubijs miſſe. Sequit̄ Eleuatis oculis in celum ⁊c̄. Chriſtꝰ
in arduis agendis ſemper eleuauit oculos in celū vt in reſuſcitatione La
zari. Joannis.xi. In ſermone quā fecit poſt cenam. Joannis.xiij. Ita ꝗ̄
in huius ſacratiſſimi ſacramenti inſtitutione fecit. Et quāuis de hoc hic
euangeliſte mentionem minus faciant. credit̄ tñ ab eccleſia obſeruari ex
eleuatiōe ſpiritusſancti. Quando ſacerdos dicit hec verba. tollit panē de
ara ⁊ recipit ad manus et dum ſic recipit. adhuc ibi non eſt corpus chr̄i.
ſed a primo in vltimo inſtanti prolationis illoꝝ verborum. Hoc eſt eīm
corpus meum deſinit eſſe panis.⁊ incipit eſſe verum corpus chriſti.Et er
go diligenter ſacerdos caueat ꝙ panem non conſecratum non nimis ele
uet.nec aliquod ſignum adorationis exhibeat.ſed in omnibus panem oc
cultum teneat.ne populus circumſtans adoret ⁊ ydolatriam cōmittat.
Sequitur. Benedixit. Hic fit crux ſuper panem. non ꝙ chriſtus benedi

cendo panē fecit crucē. Sed ſit crux ad panē ꝯuertendū in corpus chriſti qui ꝓ nobis immolatꝰ eſt in cruce. Sequit̄ Fregit ſcꝫ formā ⁊ ſpeciē panis. Et notandū ꝙ oīa verba que ſignificāt corruptionē vel attritionē et ꝑdicant̄ de euchariſtia referunt̄ ad illas ſpecies quas vides. ⁊ non ad corpus xp̄i. ſicut maſticat̄. frangit̄. atterit̄. diuidit̄. Sequit̄. Dedit ſcꝫ corpus ſuū. Quale aūt. Innocentius rn̄det. Ego dn̄ica ſacramenta magis venerāda q̄ꝫ diſcutienda ꝓfiteor Simplicitas fidei ſufficit ſi dicatur ꝙ tale dedit quale voluit. Dedit. ⁊ inde vt inqt Bernhardꝰ noſter. De vna menſa comedunt Petrus ⁊ Iudas. Sed diuerſimode. vnus ad ſalutē alter ad dānationē. Sequit̄ Accipite ⁊ manducate. i. accipite cū deuotione ⁊ manducate cū veneratione. Sequit̄. Ex hoc omnes. hoc nullus euangeliſtarum addidit de corpore. Sed de ſanguine bene dicitur bibite ex hoc omnes. ⁊ credit̄ ab apoſtolis eſſe additū Et dicit̄ notanter. ex hoc. Quid hoc repreſentat queri poteſt. vel quid monſtrat. an ſpecies vel panem. vel corpus chriſti. Regula eſt cōmunis ſacre ſcripture. ꝙ frequenter in ea videtur agi de vno. quod tamen agitur de diuerſis. vt ē illud Benedixit. fregit et dedit. Benedixit panem Fregit formā ſeu ſpeciem panis Dedit corpus. Eodem modo cum dixit. Manducate ex hoc omnes. Hoc pronomen hoc. oſtendit integrum corpus. Et illa prepoſitio ex. innuit formam diuiſam. vt ſit ſenſus Comedite corpus meum ſub forma diuiſum. Nam ſola forma per partes diuiditur ⁊ totum corpus manducat̄. Sequit̄. Hoc eñ eſt corpus meū. Quāuis ſunt multe opiniones de hoc ꝓnoīe demōſtratiuo hoc. que tn̄ mihi videt̄ eſſe cōior hic recitat̄. In iſta orōne. Hoc eſt corpus meū. ꝑ hoc demōſtrat̄ corpus xp̄i. nō ꝓ iſto tp̄e quo ꝓfert̄ hoc ꝓnomen hoc. ſed ꝓ iſto tp̄e in quo complete ꝓlata eſt tota oratio. Et hoc declarat̄ ſic. Sicut ſe habet ſyllaba ad dictionē ſic ſe habet dictio ad orōnē Sed ſyllaba non cauſat aliquē ſenſum niſi dictione totaliter ꝓlata. ſic ſimiliter ⁊ orō. Et ſicut oratio non cauſat ſenſum ꝑfectū niſi ſit totaliter finita ⁊ prolata. Ita iſta non eſt vera. Hoc eſt corpus meum niſi oratione totaliter prolata. Et Petrus comeſtor dicit. ꝙ cū totū eſt dictū totū factū eſt. Et certiſſime credendū eſt ꝙ cū iſta verba ꝓferunt̄ ⁊ ꝓlata ſunt. cū intentiōe ꝯficiēdi a ſacerdote. ⁊ ſup̱ materiā debitam. ꝙ panis in corpus xp̄i ꝯuertit̄. ex pacto ⁊ ꝓmiſſo diuino. qđ vtiqꝫ magnū ⁊ eximiū eſt miraculū. ꝙ tantā vim verbis deus tribuit ⁊ ſacerdoti ꝯficiēti. Illa verba ſic exponunt̄. Hoc eſt. i. exiſtit in veritate. corpus meū. quod ꝓ vobis tradet̄. Sicut ergo corpꝰ chriſti vere tradebat̄ ita vere demonſtrat̄. ideo et dixit Caro mea vere eſt cibus. Item volens eleuare. inclinat ſe. ⁊ ſignificat ꝙ chriſtus humiliauit ſe ꝓ nobis. factus obediens patri vſqꝫ ad mortē ⁊ tūc eleuat̄. In iſta eleuatione mox ſe retrahit corpus chriſti. ad deſignandū ꝙ chriſtus de ſurſum ſup̱ altare in manus ſacerdotis aduenit. q̄uis dextrā patris non reliquit.

Simili modo poſtq̄ cenatum eſt. acci
piens et hunc preclarum calicem in
ſanctas ac venerabiles manus ſuas.
Itē tibi gratias agens benedi✠xit
dedit diſcipulis ſuis dicens. Accipite
et bibite ex eo omnes .Hic eſt enim ca
lix ſanguinis mei noui et eterni teſta=
menti. miſterium fidei. qui pro vobis
et ꝓ mltis effūdet i remiſſionē pctōꝝ.

Capitulum ſecundum tertie partis prīcipalis ipſius canonis in qua
ponuntur verba efficientia conſecrationē ſanguinis criſti. Unde dicitur
Simili modo. quaſi diceret Sicut caro chriſti ſub forma panis a chriſto
cōſecrata eſt. et omnibus diſcipulis ad manducandum data Simili mo=
do .i. eodem modo vinū corporale. Poſtea q̄ cenatū eſt .i. celebrata ce=
na in eſu agni paſchalis. ſcilicet dñs ieſus. Accipens et hunc preclarum
calicem . i . vinum in preclaro calice . In ſanctas .i. ſanctificatas et vene
rabiles manus ſuas . Item .i. iterum Tibi deo ſcilicȝ patri omnipotenti
Gratias.i. gratiarū actiōes Agens.i. referens Benedixit.i. ꝯſecrauit ſvir
tute diuina Dedit.i. diſtribuit diſcipulis ſuis dicens Accipite ⁊ bibite ex
eo omnes Enim ꝓ quia Hic eſt calix ſanguinis mei.i. calix ꝯtinens ſan=
guinem meū. ſcȝ qui eſt ꝯfirmatio promiſſionis. Noui ⁊ eterni teſtamē=
ti miſteriū.i. occultū ſacramentū fidei Qui ſcȝ ſanguis Effundet pro vo=
bis.ſ. diſcipulis meis Et pro multis ſcȝ in me credentibus. In remiſſio=
nem peccatorum.i. ad delendum crimina. Ubi ſciendū q̄ chriſtus calicē
recepit reuerenter. Benedixit tranſubſtantiando eum realiter. Dedit di
ſcipulis ſuis largiter, Et poſtea quid eſſet quod dedit expoſuit veraciter
Dicit ergo tertus Simili modo poſtea q̄ȝ cenauit chriſtus et corpus ſu=
um dedit diſcipulis. tunc accipiens ⁊ hunc preclarum calicem id eſt vi=
numȝ ⁊ aquam in calice. Nam hic continens ponitur pro contēto ſcilicet
calix pro vino. In ſanctas manus. qui firmauerunt celos et conſlure=
runt homines vt ait Job. Ac venerabiles manus ſuas. que ab omnī



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0023-4

creatura debent venerari. eo ꝙ ab eis omnia benedicunt vt a summo pō
tifice. Item. i. ꝯſequenter gratias agens tibi patri ſuo. ꝓ humani generi
redemptione. que per ſanguinem ſuum in craſtino effundendum erat fu
tura. Benedixit. i. vinum ⁊ aquam in ſuum ſanguinem ꝯuertit Dedit di
ſcipulis ſuis largiter ⁊ gratioſe dicēs. Accipite ⁊ bibite ex eo omnes hu-
militer ⁊ deuote fideliter ⁊ victuoſe. Cur aūt ſeparatim fit ꝯſecratio cor
poris ⁊ ſanguinis chriſti. cum tamen ex parte ꝯtenti ſit tm̄ vnum ⁊ idem
ſacramentum. fit ideo. ad denotandum ꝙ ſanguis chriſti in paſſione ſe-
paratus fuit a corpore. Nam prima ſanguis ſubtilis ⁊ intercutaneꝰ per
ſanguineum ſudorem effuſus fuit Secundo ſanguis magis groſſus etiā
intercutaneus per flagellationem extractus fuit. Tertio ſanguis capitis
per ſpinee corone impreſſionem. Quarto ſanguis neruorū effluxit p cla-
uorum infixionem Quinto ſanguis alens cor vitam per lancee tranſlatio
nem. Et ſic totus ſanguis chriſti in paſſione extractus ⁊ ſeparatus fuit a
corpore chriſti. Ideo in memoriam iſtius fit ſeperatim conſecratio cor-
poris ⁊ ſanguinis chriſti. Quāuis dixi hic eſſe ſub ſpecie panis ⁊ vini
vnū ſacramentū rōne ꝯtenti. poſſūt tn̄ dici diuerſa ſacramenta rōne ſpecierꝫ
ꝯtinentiū Unde cū dicit in complendis. Proficiant nobis ſacramēta ⁊c.
ibi fit relatio ad ꝯtinētia ſiue ſignantia. Sed cū dicit in ſingulari Ut hoc tuū
ſacramentū ⁊c. fit relatio ad ꝯtentū ⁊ ſignatū. Dicit in verbis p̄miſſis Ac
cipiēs ⁊ hūc p̄clarū calicē. Hic ſacerdos fatet eundē eſſe quē chriſtus ac
cepit in manus ſuas. hūc ⁊ eundē intelligendū eſſe nō ydemptitate metal
li. ſed repreſentatione miſterij. ꝯtinentē eandē materiā ſacramenti. ſcȝ vi-
nū de genimine vitis. Subiungit Hic eſt calix ſanguinis mei Hec
verba ſacerdos ꝓferre debet cū intētione ꝯficiēdi ſanguinē. Et ponit hic
methaphorice ꝯtinens ꝓ ꝯtēto. Et eſt ſenſus Hic eſt calix ſanguinis mei
id eſt ille eſt ſanguis meus per modum poculi ſalutiferi miniſtratus.
Verba quidem ad ꝯſecrationem calicis ⁊ ſanguinis chriſti pertinentia
ſcd̄m Albertum iſta ſufficere videtur. Hic eſt calix ſanguinis mei. Sed
beatus Thomas vult ꝙ hoc totum Hic eſt calix ſanguinis mei noui et
eterni teſtamenti miſterium fidei qui pro vobis ⁊ pro multis effundetur
in remiſſionē peccatorum. ſit de forma ſanguinis chriſti. Et illa opinio cō
muniter tenetur ⁊ videt rationabilior ideo calix non debet ante leuari ni
ſi totum dicatur vſqȝ ibi. Hec quotienſcūqȝ feceritis. Dicit itaqȝ ſacer-
dos Hic eſt calix ſanguinis mei. quaſi vnum ⁊ idem ſit cum chriſto Et
merito. Si eñ cōicantes vnum ſunt cum chriſto. ſicut ipſe dixit Qui man
ducat meam carnem ⁊ bibit meū ſanguinem in me manet ⁊ ego in eo Jo
annis. vi. Multo amplius ſacerdotes ꝯficientes ⁊ diſtribuentes chriſto
vniunt eo ꝙ hoc faciūt. dicūt. ⁊ ꝯficiūt. ſicut chriſtus dixit. fecit ⁊ ꝯfecit. ſi
ſaltem cum pura ⁊ recta intentione hoc fecerint. quemadmodum legimꝰ
de quodam fratre ordinis noſtri Ciſterſiēſes. monaſterij vualcēſis q ha-

buit ſingularem gratiam in miſſa. vt et verbis intenderet. et ſignis et fa-
ctis que geruntur et proferuntur in miſſe officio. cui et hoc datus eſt ho-
rum plenior intellectus. Cum enim in actu conſecrationis. verba de for-
ma conſecrationis proferret. aliquotiens occurrit illi in mente cogitatio
dei ſibi congaudendo. Ecce nunc vnum es cum chriſto chriſtus in te ⁊ tu
in illo Affectu quoqꝫ mentis orabat Proficiat domine Jeſu chriſte gra-
tia in me per veram fidem et charitatē et hanc beatificam vnitatem. vt
indiuiſus ſemper in te maneam et omnem lapſum fugiam mortalis cul-
pe et pericula euadam p̄ntis vite iudiciū et penā iehenne. Cui non defuit
diuina ꝯſolatio. Viſum eſt eniꝫ illi. ꝙ miſſam celebraret et cū ad eadē ver
ba veniret. cogitatūqꝫ eundem replicaret. ecce videt ſe totū in hoſtia et
tutum chriſtum in ſe ita mirabiliter vt duo corpora diuerſis ſpeciebus et
lineamentis corporalibus diſtincta eundem tn̄ locum occuparēt. tam in
proprio ſacerdotis corpore q̄ꝫ in hoſtia ſalutari. Nec potuit ille frater et
deuotus ſacerdos in omnibus creaturis huius vnionis dignū habere
exemplū. nec ſufficiens documentū. cū nōnunqꝫ ſuis p̄charis fratribꝯ in-
terloquendū referret. niſi ferrū ignitū. Modū itaqꝫ expreſſit in eo. Pro-
priū calorem et vigorem habet ignis. hec tn̄ ferro cōicat. ferrū vero hꝫ
ꝓpriā figurā et magnitudinē. que ſiīr igni nō negat̄. Sic in iſta viſione du
orū corporū vnus locus et duplex effigies apparebat. in qua chriſtꝯ oſtē
dere voluit quō eſſet vnū in actu conſecrationis cū ſacerdote. Sequit̄
Noui et eterni teſtamenti. Nouū dicit̄ reſpectu veteris teſtamenti Eter
nū vo. i. ꝑpetuū a parte poſt. qꝛ eternaliter durabit et non reuocabit̄.
Sequit̄. Myſteriū fidei. i. ſacramentū ſecretū fidei qđ poteſt referri ad
paſſionem et mortem chriſti. que fuit ſanctiſſimū ſacramentū ſub figura
veteris teſtamenti abſconſum. et fide antiquorū patrū p̄cognitū tāqꝫ mi
ſteriū regalis et gn̄alis redēptionis nature humane. Sequit̄. Qui ꝓ
vobis et ꝓ multis effundet̄ in remiſſionem peccatorū Gloſa. ꝓ vobis p̄-
ſentibus et ꝓ multis futuris effundet̄. Sequit̄ in remiſſionem pecca-
torū quo ad culpam atqꝫ penam. eo ꝙ xp̄i paſſio ſit ſufficiens remediū
ad remiſſionem peccatorū. In die paraſceues vnū ſingulare agit̄ hic me
moratu dignū. Nam tūc in officio hoſtia conſecrata in vinum non con-
ſecratū mittit̄. hoc fit ideo. qꝛ iſta die chriſtus totꝯ immerſus erat in aqs
tribulationis vt figuratū fuit Jone. i. Vel ideo quia chriſtus in die para
ſceues totaliter in ſuo ſanguine eſt madefactus.

# Hec quocienſcūqꝫ feceritis in mei me
moriam facietis.

Exponit̄ ſic. Hec. i. hāc hoſtiā Quotiēſcūqꝫ ſcꝫ obtuleritꝭ. Feceritis. i. cō-
ſecraueritis ⁊ mādicaueritis In mei memoriā facietis. ſ. mortis et paſ-
ſionis. Hec verba originaliter habentur Luce. xxij. Et ſcđm rōnale hec

clauſula tam conſecrationem corporis q̄ ſanguinis reſpicit et ideo poſt depoſitum calicem debet dici.

**Vn̄ et memores dn̄e nos tui ſerui ſed et plebs tua ſctā chriſti filij tui domini dei noſtri cā bt̄e paſſionis necnon et ab inferis reſurrectionis. ſꝫ ⁊ in celos glorioſe aſcenſiōis offerimus maieſtati tue de tuis dōis ac datis hoſtiam ✠ puram hoſtiā ✠ ſanctā hoſtiam immaculatam Panem ſanctum vite eterne. et calicē ſalutis perpetue.**

Hec eſt quarta pars principalis totius canonis. in qua poſtq̄ꝫ facta eſt et poſita oblatorum conſecratio. nunc fit cōſecratorum commemoratio. Et diuiditur iſta pars in tria capitula. Primum vero ſubdiuiditur in tres particulas. In primo ad memoriam reuocat chriſti paſſionem et eius reſurrectionem. pro quibus donis gratuitis offerre ſe dicit hoſtiam puram ⁊c. Litera ſic conſtruitur. vnde o domine nos ſerui tui id eſt nos ſacerdotes. Sed et plebs tua ſancta id eſt populus criſtianus tua paſſione ſanctificatus. ſ. exiſtentes memores eiuſdem chriſti. f. t. d. d. n. tam beate paſſionis. ſcilicet que nos beatificat. Necnon id eſt etiam Reſurrectionis ab inferis id eſt a mortuis. Sed et in celos glorioſe aſcenſionis offerimus id eſt immolamus. Preclare maieſtati tue id eſt pre ceteris tue clare potentie. De tuis donis. ſ. gratuitis. Ac datis id eſt collatis ſcilicet nobis. Hoſtiam puram id eſt purificantem ab omni peccato originali immunem. Hoſtiam ſanctam id eſt ſanctificantem. ſ. ab omni peccato criminali. Hoſtiam immaculatam id eſt ſine macula peccati venialis. Et panem ſanctum. ſ. exiſtentem viaticum et datorem vite eterne. Et calicem ſalutis perpetue id eſt inebriantem et letificātem nos perpetue in gloria ſempiterana. Sententia eſt hec. Ex quo oblata huius ſacrificij fieri debet in filij tui memoriū et eius mortis et paſſionis. Nos ſacerdotes ſerui dei et tota eccleſia tua ſancta commemorantes tam eius

beatam paſſionem q̄ʒ inferis reſurrectionem et glorioſam aſcenſionem
offerimus tibi de tuis donis gratuitis hoſtiam puram. Dicit quidem ſa-
cerdos. Unde et memores. quia ipſe dominus nobis preceperat vt hoc
in ſui memoriam faceremus. Jccirco tria commemorando nobis propo
nit eccleſia ſcilicet tam beatam paſſionem necnon ab inferis reſurrectio-
nem. ſed et in celos glorioſam aſcenſionem. quorum primum vulnerat
charitatem. ſecundum ſcilicet reſurrectio. corroborat fidem. tertium id
eſt aſcenſio letificat ſpem. Quid enim in nobis magis charitatem accen-
dit. q̄ʒ q꜡ proprio filio ſuo non pepercit deus ſed pro nobis omnibus tra
didit illū Quid magꝭ in nobꝭ fidem ꝯfirmat. q̄ʒ q꜡ chriſtꝰ reſurrexit a mor
tuis primitie dormientiū. Quid in nobis magis ampliat ſpem q̄ʒ q꜡
chriſtus aſcendens in altum. captiuam duxit captiuitatem dedit dona ho
minibus. vt vbi ipſe eſt illic et miniſter eius ſit. Hec innocentius Cir
ca verba textus vlterius eſt notandum vbi dicitur Nos ſerui tui ꝛc̄. i.
ſacerdotes. quia ad literam hic loquitur de miniſtris eccleſie ſucceſſori-
bus apoſtolorum. vt ſunt ſacerdotes. inter quos et epiſcopos in primi-
tiua eccleſia non erat differentia. Unde et ſacerdotes memores eſſe de-
bent quia ipſi celebrantes miſſam et ſacrificium illud excellentiſſimum of
ferentes non debent ignorare ſe hoc ſacrificiū laudis in memoriam mor
tis ꝛ paſſionis chr̄i offerre. et ea memoria ſua eam nunq̄ꝫ excludere. ſed
cauſa ſemper tanq̄ʒ preſentē p̄ oculis habere. Et ſubditur. Sed et plebs
tua ſancta id eſt populus criſtianus etiam memor debet eſſe tue paſſiōis
quia non ſolum chriſtus pro ſacerdotibus verum etiam pro tota plebe
ne periret paſſus eſt et mortuus. iccirco et tota plebs huius amare paſſi
onis memor eſſe debet. Hec plebs ſancta dicitur. quia ex fide et baptiſ-
mo ſanctificata eſt. et hec plebs vna cum ſacerdote offert. et ergo ſacer-
dos dicit Nos ſerui. Sʒ et plebs tua ſcilicet offerimus. q꜡ qḋ ſacerdo-
tes agunt miniſterio. populus agit voto. Et ſubditur Chriſti filij tui. d.
d. n. Filiū dei vocat dn̄m deum noſtrum. quia eadē intentione ꝛ deuotōe a
nobis colendus qua deus pater quia conſubſtantialis et coeternus eſt
deo patri. non alter ſed idem deꝰ noſter et oīm ſicut ipſe docet loquens
apl'is dicens. Creditis in deum et in me creditis deum ſe in hoc cōteſtās
vt ait btūs Auguſti. Subiūgit Offerimꝰ p̄clare maieſtati tue Maieſtas
dei dr̄ p̄clara q̄ſi p̄ alijs clara. Si eīn̄ iuſti florebūt ſicut ſol in regno patrꝭ
eterni. quanto magis diuina maieſtas refulget Sequitur de tuis donis
ac datis qḋ ſcḋm Jnnocentium exponit̄ ſic. Nos offerimus tibi de tuis
donis id eſt de frugibus ſegetum quantum ad panem. qui conuerſus eſt
in carnem et corpus chriſti. Ac datis id eſt fructibus arborum quantū
ad vinum quod eſt conſecratum in ſanguinem. de his inquam et illis
offerimus. Hoſtiam puram ꝛc̄. puram quantū ad cogitationem. ſanctā
q̄ꝫtum ad locutionē. immaculatā q̄ꝫtū ad operationē. Debet eīn̄ eſſe offe-
rens puram hn̄s cogitationem locutionē ſctām et īmaculatā operationē

Sequit̃. Panem ſanctũ vite eterne. qꝛ eſt viaticũ hic nos ſuſtentãs et poſtea ducens ad eternã patriam. Et calicem ſalutis ꝑpetue in quo eſt potus inebrians nos et letificans ꝑpetue. Eſt etiã xp̃us hoſtia pura electos ſuos a peccatis purificans. Hoſtia ſctã electos ſuos ſanctificãs. Hoſtia immaculata maculas noſtras purgãs. Panem ſanctũ vite eterne hoĩes et angelos reficiens. Calicẽ ſalutis ꝑpetue. i. ex calice ſui ſanguinis inebrians ⁊ ꝓfundens. Et notandũ q̃ ꝑ euchariſtiam conſecratam pleniſſime fiunt quinq̃ cruces. non ad euchariſtiam conſecrandam. ſed potius ad dñice paſſionis memoriã habendam. Nã q̃tũ ad ordinem euchariſtie conſecrande capitur illud ſcꝫ Qui pridie poſtq̃ pateret̃. In fine canonis ſubiici debuiſſet quãq̃ in eo conſecratio conſumat̃. ſed qm̃ impediuiſſet ordinẽ hiſtorie recolende. qꝛ quicquid fuit geſtũ in medio vel ꝑncipio recolit̃ in fine. eccl'ia ꝓuide ordiauit vt ordinẽ ſaruaret hiſtorie. q̃re ⁊ v̄ba ꝯſecratiõis canõis ibidẽ collocauit vt tã lr̃e q̃ hiſtorie ſuꝰ ordo fuet̃.

**Supra que propitio ac ſereno vultu reſpicere digneris et accepta habere ſicuti accepta habere dignatꝰ es munera pueri tui iuſti abel ⁊ ſacrificium patriarche noſtri abrahe ⁊ qd̃ tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus melchiſedech ſanctum ſacrificium immaculatam hoſtiam.**

Iſta eſt ſcd̃a particula ꝑꝛim capituli quarte partis in qua illa cõſecrata et oblata in figuris cõmemorant̃. et petit̃ vt diuĩo vultu benignius reſpiciant̃ a deo et acceptent̃. Et conſtruit̃ litera ſic. Supra que ſcꝫ dona et data. ſcꝫ o deus Digneris reſpicere ꝓpitio vultu. i. placida facie. Ac ſereno. i. illuminato. Et digneris habere accepta. i. grata ſcꝫ q̃tũ ad offerẽtẽ Sicuti dignatus es habere accepta. i. grata Munera. i. oblationes Pueri. i. ſerui tui iuſti Abel ſic dicti. Et ſacrificiũ. i. holocauſtũ Abrae noſtri patriarche. i. ſancti patris Et qd̃ ſcꝫ ſacrificiũ. Summus. i. ſupremus ſacerdos tuus Melchiſedech ſic dictus Obtulit tibi ſanctũ ſacrificiũ ⁊ immaculatam hoſtiam. Snĩa litere O deus pater clementiſſime nos peti-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0028-1

mus vt digneris reſpicere ꝓpitius placida facie ſuper hec dona et data. id eſt ſuper corpus et ſanguinem chriſti filij tui. habendo ea grata et accepta. ſicuti grata et accepta dignatꝰ es habere munera abel. et ſacrificia ſcti abrae patriarche. et melchiſedech ſummi tui ſacerdotis. Notandũ ꝙ abel dicit puer tã a puericia q̃ȝ a puritate iuxta illõ yſaie. xxvi. Ecce puer meꝰ dilectus quẽ elegi. poſui ſup eũ ſpiritũ meũ. Abraam dicit patriarcha nõ tm̃ iſrahelitice plebis. ſȝ et populi xp̃iani. Illiꝰ ꝑ carnẽ. iſtius vo ꝑ fidẽ Melchiſedech. vt dr Geneſ. xiiij. obtulit panẽ et vinũ in ſacrificiũ reddẽdo grãs deo de victoria abrahe in ipo figuratũ. Dicit ſummꝰ ſacerdos. qꝛ erat ſacerdos dei altiſſimi. Cuius ſacrificiũ erat acceptũ deo valde. Ideo ſubiungit ſanctũ ꝛ immaculatũ ſacrificiũ. Et illa vba addit Leo papa primus. ꝛ poſſunt ita referri ad ſacrificiũ melchiſedech. qđ dr ſctũ ꝛ imaculatũ. ꝓpter ſacrificiũ euchariſtie in ipſo figuratũ.

# Supplices te rogamus oĩpotens deꝰ iube hec ꝑferri per manus ſcti angeli tui in ſublime altare tuum. in conſpectu diuine maieſtatis tue. vt quot quot ex hac altaris participatiõe ſacroſanctũ filij tui cor✠pus ꝛ ſanguinẽ ſũpſerimꝰ omni ✠ bñdictiõe celeſti et grã repleamur. Per eun. xp̃m. d. n.

Iſta eſt tertia ꝑticula primi capituli quarte partis canonis. in qua petit effectꝰ huiꝰ ſacramẽti. q̃ eſt diuine gratie infuſio. Et exponit ſic litera. O omĩps deꝰ Nos ſupplices. i. hũiles et deuoti Rogamꝰ. i. dep̃camur te Iube. i. fac ſcȝ hec vota tua. Perferri. i. rep̃ſentari Per manꝰ. i. miniſteriũ ſcti angeli tui ſcȝ aſſiſtẽtis. In ſublime altare tuũ. i. in totã curiã celeſtem In ꝯſpectu diuine maieſtatis tue. i. glorie tue. Vt quotq̃t. i. quotieſcunq̧ nos fideles tui Sũpſerimꝰ ſacroſanctũ. i. ſanctũ corpus ꝛ ſanguinẽ filij tui. Ex hac ꝑticipatiõe. i. cõmunione altaris. repleamur omni bñdictione et grã celeſti. Per eũdẽ xp̃m. d. n. Sñia eſt O omĩps deꝰ humiliter te dep̃camur iube nr̃a vota ꝛ nr̃as oꝛones ꝑ miſteriũ ſctoꝝ angeloꝝ ꝑferri in ꝯſpectu tue diuine maieſtatis. vt oẽs ex hac ꝑticipatiõe altaris gratia et celeſti bñdictiõe repleamur. Hic ſacerdos deuote inclinat ſe ꝛ orat cãcel

C

latis manibꝰ añ pectus. Et fcat ꝙ Jeſus morti appropinquãs. incepit deprimere oculos et palleſcere ⁊ nigreſcere. Nec habens vbi caput ſuū miſerijs feſſum ⁊ ſpinea corona ⁊ ſanguine in crinibꝰ capitꝭ ꝯgelato. grauatū. incliaret. niſi ſuꝑ pectꝰ ſuū offerēs ſe ipm pr̄i ꝓ pctōribꝰ. Dicit notāter Jube hec. i. corpꝰ xp̄i miſticū. qđ ē eccl'ia militās ſm Alexā. de halis Perferri. i. aſſociari In ſublime altare tuū. i. eccl'iaꝫ triūphantē. q̄ altare dr̄ iuxta illđ Leui. Ignis in altari meo ſꝑ ardebit Et hoc ꝑ manus ſancti tui angeli. ⁊ ꝑ virtutem ⁊ operationem chriſti filij tui qui eſt magni conſilij angelus yſaye. iiij. Deinde ꝯcludit Per chriſtum dn̄m noſtrum vbi non reſpondetur Amen. quia creditur ab angelis reſponderi.

**Memento etiam domine famulorū famularumqꝫ tuaꝝ. N. et. N. qui nos preceſſerunt cum ſigno fidei et dormiunt in ſomno pacis Ipſis ⁊ omnibꝰ in chriſto quieſcentibus locum refrigerij lucis et pacis indulgeas deprecamur Per eundem chriſtum dominum noſtrum Amen.**

Hec ē q̄nta ps ꝑncipal' totiꝰ canonis in q̄ orat ꝓ refrigerio ⁊ gl'ia mortuoꝝ. Et ꝯſtituit lr̄a ſic. Etiā o dn̄e Memēto. i. miſerere Famuloꝝqꝫ. i. et famularū tuaꝝ. i. oīm tuoꝝ fideliū ⁊ eoꝝ q̄ ꝑceſſerūt nos. Cū ſigno. i. caractere. Fidei. i. baptiſmatis Et dormiūt. i. req̄eſcūt in ſomno pac'. O dn̄e nos dep̄camur. i. petimꝰ. Vt indulgeas. i. tribuere digneris. Ipſis ſcꝫ ꝓ q̄bꝰ h̄ oramꝰ Et oībꝰ q̄eſcētibꝰ in xp̄o. i. q̄ fide catholica deceſſerunt. locū refrigerij. i. gaudij. Lucis. i. gl'ie ⁊ pacis et̄ne. Sn̄ia ē hec Om̄ps deꝰ nos etiā rogamꝰ ⁊ petimꝰ te ſupplicit' vt miſerādo recorderꝭ famuloꝝ famł'arūqꝫ tuarū fideliū. q̄ cū ſigno fidei obdormiūt in ſomno pac'. ⁊ petimꝰ vt iſtis ⁊ oībꝰ fidelibꝰ defunctis in xp̄o. locū indulgētie. locū lucis ⁊ locū refrigerij ⁊ pacis ꝑpetue largiaris Per eūdē xp̄m. d. n. Dicit notāter Etiā q̄m̄s dn̄e. Memoriā viuoꝝ deuote obſeruauimꝰ. Nūc etiā ⁊ memoriā defunctoꝝ habeamꝰ, iuxta illud. b. Auguſti. Nō ſīt ꝑtermitēde ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum. et quia aliquando deſunt amici. perentes. cognati qui ſupplicationes pro eis effunderent. ergo pia mater id ē

tota eccleſia omnes defunctos ſub generali commemoratione ſuſcipit. ta-
ctiſqꝫ eis nominibus exhibet commemorationem. Sed nomina eorum
non recitentur oretenus. ſed in corde memoriter et cordetenus ſacerdos
reuoluat. Probibitum enim eſt ne alicuius in collectis miſſe neqꝫ in ca-
none mentio noīetenus et oretenus publice fiat. qui ꝑ ſe vel ſuis miſſam
comparat. ne ex hoc preſumptio auaricie ſacerdotem fallat.

Nobis quoqꝫ peccatoribus famulis tuis de multitudine miſerationū tua-rū ſperantibus partē aliq̄ et ſocieta-tē donare digneris cum tuis ſanctis apoſtolis et martiribus Cū Joanne Steffano Mathia barnaba ignatio Alexandro Marcellino Petro Feli-citate Perpetua Agata Lucia Agne-te Cecilia Anaſtaſia Et cum omnibꝰ ſanctis tuis. intra quorum nos con-ſortium. nō eſtimator meriti. ſed ve-nie queſumus largitor admitte. Per xp̄m dominum noſtrum Per quē hec omnia domine ſemper bona creas. ſcti✠ficas viuificas bene✠dicis et preſtas nobis. Et in ip✠ſum. Et cū

**ip✠ſo. Et in ip✠ſo eſt tibi deo pa-
tri omnipotēti ✠ in vnitate ſpiritus-
ſancti om̄is honoꝛ et gloꝛia Per om-
nia ſecula ſeculoꝛum Amen.**

Capl'm ſcd'm q̄nte partis pꝛincipalis ip̄ius canonis in q̄ oꝛatio ſecū-
dario iterat̄ ꝓ viuis. cōmemoꝛatiōe quoꝛundā ſctōꝝ pri⁹ obmiſſoꝛum.
Et ꝯſtruit̄ ſic littera. ſcz O oīpotens de⁹ tu digneris dare et cōcedere
Nobis pctōꝛib⁹ famulis et famulab⁹. i. fidelib⁹ tuis. Sperantib⁹ de mul
titudine. i. de īmenſitate. Tuaꝝ miſerationū. i. tue miſericoꝛdie. Aliquā
partē et ſocietatē ꝯſoꝛtiū. Cū tuis ſanctis apoſtolis ⁊ martirib⁹. ſcilicꝫ cū
iohē ſteffano mathia ⁊c. et cū om̄ib⁹ ſctīs tuis. O largitoꝛ nos qſ̄s Ad
mitte. i. adiūge nos Intra ꝯſoꝛtiū. i. ſocietatē Quoꝝ ſcz ſctōꝝ tuoꝝ Non
eſtimatoꝛ meriti. i. nō ſcd'm exigētiā nr̄i meriti Sed venie largitoꝛ. i. ſcd'm
exigētiā miſericoꝛdie tue. Per xp̄m dn̄m nr̄m Per quē ſcz xp̄m ſcz tu de⁹.
Creas. ſ. quātū ad ſubſtātiā Sctīficas. ſ. ſcd'm cauſas ſacr̄tales Viuifi-
cas. reſtaurādo nob̄ vitā ſp̄ualē Bn̄dicis. i. m'tiplicādo nob̄ ꝑ hec dona
gr̄e Et p̄ſtas. i. ꝯcedis nob̄ Hec oīa. ſcz dona ſꝑ bona Per ip̄m ſcz xp̄m
Et cū ipſo Et in ip̄o Eſt tibi deo pr̄i oīpotēti. et hoc in vnitate ſcz eſſentie
ſp̄ūſſcti. oīs honoꝛ et gl'ia. Per oīa ſecl'a ſecl'oꝝ. i. eternaliter Sn̄ia O ī
potens de⁹ q̄ nō es eſtimatoꝛ meriti ſed largitoꝛ venie digneris nos aſſo
ciare ſctīs tuis. et aliquā partē btītudinis cū iſtis ſctīs tuis ſcilicꝫ iohāne
ſteffano ⁊c. Et cū oībus ſctīs tuis digneris nobis peccatoꝛibus de miſe-
ricoꝛdia tua ſperantib⁹ dare. ꝑ xp̄m dn̄m nr̄m Per quā hec dona bona
creas ſctīficas. viuificas. bn̄dic̄. et nob̄ p̄ſtas Per ip̄m ⁊ cū ip̄o et in ip̄o.
ē tibi deo pr̄i oīpotēti. ī vnitate ſp̄ūſſcti oīs honoꝛ et gl'ia ꝑ oīa ſecl'a ſecl'o
rum. Nota qn̄ dr̄ Et p̄ſtas nobis. tūc coꝛpale remouet̄ de calice. Et
ſignificat ꝙ velū tēpli ſciſſū eſt ſūmo vſqꝫ deoꝛſū. Nota ꝙ calix ideo co-
operit̄ coꝛpali qꝛ ſanguis in calice rep̄ntat coꝛp⁹ xp̄i in ſepulchꝛo poſitū.
ſindone īuolutū Sꝫ hoſtia vel coꝛp⁹ xp̄i nō tegit̄ qꝛ ſignificat coꝛp⁹ xp̄i po
ſitū extra ſepulchꝛū nōdū īuolutū Hec rōnale. Poſtea ſacerdos alte
faciet oꝛōnē vt pplꝰs reſpōdeat amē dicēs. Per oīa ſecl'a ſecl'oꝝ. Et ſcd'm
Innocētiū. deſignat illd̄ ꝙ xp̄s magna voce clamādo emiſit ſpm̄. et ꝙ hic
eſt finis canonis. Circa finē canōis et ſeq̄ntiū breuit̄ ē notādū ꝙ cru-
ces circa textū ſacricanōis nō ſꝑ explicat̄ eodē mō q̄ in libꝛ' ſecl'ariū notāt
Nemo tn̄ ex h̄ moueat̄ qꝛ quelibꝫ religio ⁊ dioceſis ī his ꝯſuetudinē ſuā
obſeruat. eo ꝙ hmōi cruces nō ſunt de neceſſitate ꝯſecratiōis. ſꝫ dumtax-
at h̄ aſſignāt̄. vt inq̄t doctoꝛ ſctūs parte. iij. que. lxxxiij. articl'o. ij. qꝛ ſacer-

dos in celebratione miſſe vtit crucis ſignatiōe. ad exprimendū paſſionē chriſti que ad crucē eſt determinata quia ſi ad ꝯſecrationē aliquid operaretur cū plures poſt eleuationē fiunt. ſequeret ꝙ ante eaꝝ cōpletionem non eſſet hic ꝑfectū ſacramentū qđ eſt hereticū. Cū vero vna religio per huiuſmodi cruces aliter chriſti paſſionē ꝑ concipit. aliter nōnunqꝫ circa aliqua verba canonis eiuſdē cruces. ⁊ differēter aſſignat Itaqꝫ in ſequētibus ante ſumptionē corporis ⁊ ſanguinis xp̄i alique aſſignant orōnes apud religioſos. ⁊ aliq̄ apđ ſeculares. cū hm̄ōi poti⁹ ſuperaddite ſint ex deuotione qꝫ poſite ex neceſſitate. obſeruat quiuis ſuam approbatam cōſuetudinem.

# Oremus preceptis ſalutaribus moniti et diuina inſtitutione formati audemus dicere. Pater noſter qui es in celis.

Poſt finem canonis ſacerdos agit de conſecratorum digna preceptione Et diuiditur ſequens materia ſimiliter in quinqꝫ partes. Primo ꝑmittitur dominica oratio cum eius prefatione. per quam fideles ad preceptionem huius ſacramenti diſponuntur. ⁊ quodammodo ſanctificantur. Oratio dominica habet prefationem vel lectionem que conſtruitur ſic. Oremus. ſ. in ſimul Nos moniti id eſt inſtructi Salutaribus preceptis id eſt preceptis domini noſtri Jeſu chriſti. aut ſalutiferis documentis. Et formati id eſt eruditi. Diuina inſtitutione id eſt ex diuina ordinatione qualiter debemus orare. Audemus dicere id eſt audacter pronunciare dominicam orationem Pater noſter ⁊c̄. Sanct⁹ Gregorius papa dominicam orationem ſuper hoſtiam in altari decantandam inſtituit. aſſerens incongruum eſſe vt ſupra euchariſtiam diceretur oratio quam ſcholaſticus compoſuerat. et illa obmitteretur quam dominus et magiſter ipſe dictauerat. Et cantatur apud grecos a toto populo. apud nos a ſolo ſacerdote. qui ſacrificat in perſona populi. Et captatur in primis beniuolentia cum dicitur. Pater noſter. ſcilicet ratione generalis prouidentie. Qui es in celis id eſt beatus ſecundum gloriam. Sequuntur petitiones ſeptem Sanctificetur nomen tuum id eſt vt ſanctum habeatur ⁊ glorificetur ab omnibus et hoc pertinet ad gloriam dei Adueniat regnum tuum id eſt optamus vt venire poſſumus ad vitā etnā Fiat volūtas tua ſicut ī celo. i. optam⁹ vt ex tua gr̄a ſp faciem⁹ dei volūtatē ⁊ iuſte viuam⁹ ſicut ī celo. i. ī beat. Et in t̄ra. i. terrenis ꝑficia-

tur voluntas tua Panē noſtrū quottidianū da nobis hodie id eſt vite neceſſaria quottidie tribuere digneris Quottidianū.i.quottidie neceſſariū Et dimitte nobis debita.i.peccata noſtra. Sicut ⁊ nos dimittim⁹ debitoribus noſtris quo ad offenſam ⁊ q̄tū ad rancorē.⁊ hoc eſt neceſſitatis. licet q̄ƺtū ad iniuriā ⁊ ſatiſfactionē nō ſit neceſſitatis q̄ quis ſp̄ dimittat ꝓximo ſe eſt quidem ſupererogationis aut pfectionis. Et ne nos inducas in temptationem.i.ne nos induci pmittas in tēptationē ſic q̄ ab ip̄o vincamur. Sƺ libera nos a malo.pene ⁊ culpe.mūdi ⁊ carnis amē.i.fiat.

**Libera nos q̄ſ̄s dn̄e ab omnib⁹ malis.preteritis.preſentibus ⁊ futuris. Et intercedente beata et glorioſa ſemper virgine dei genitrice maria et beatis apoſtolis tuis Petro et Paulo atqƺ Andrea.cum omnibus ſanctis tuis da propitius pacem in diebus noſtris vt ope miſericordie tue adiuti et a peccato ſimus ſemper liberi. et ab omni perturbatione ſecuri**

Hic ſecūdo ponit̄ emboliſm⁹ dn̄ice o̊onis in quo ſacerdos meminit p̄teritoꝝ maloꝝ.⁊ grauat̄ p̄ p̄n̄s ⁊ timet futurū malum Orat vt deus nos liberet ab iſtis malis in precedēti oratione dn̄ica memoratis. Et exponit̄ ſic O dn̄e quſumus.i.rogamus Libera nos ſcƺ homines in tua laude exiſtentes Ab omnibus malis.p̄teritis.p̄ſentibus.⁊ futuris ſcƺ penalibus ſup̄ nos nō inducēdo ſicut ſup̄ egiptos.zodomitas filios iſrael . Et interce dente ꝓ nobis ſcƺ omnibus Beata ⁊ glorioſa.ſed quia plena gratia Sēper.i.ppetue Virgine dei genitrice Maria que amarū mare dicitur qa ab illo tempore quo Symeon prophetauit Et tuam ipſi⁹ animam ptranſibit gladius doloris.vſqƺ ad chriſti paſſionem nunq̄ dies preterijt in q̄ iſta verba non reuolueret ⁊ ip̄a amare fleret.cogitando quādo fiet iſtud Et beatis apoſtolis tuis Et Petrus reſumit̄ ꝓpter principatum apoſto-

latus Paulus ꝓpter priuilegiū doctrine Andreas ꝓpter priuilegiū amoris crucis. Et omnibus ſanctis tuis qui fuerūt in eccl'ia militante Da ꝓpici⁹ pacē ſcꝫ pctōres que in hoc ꝯſiſtit. vt ſumus ab omni peccato ſinceri et liberi. ⁊ pacē tpis qua ſumus ab omni ꝑturbatione ſecuri. Nota hec oratio ſub ſilentio dicit̄. ⁊ ſ̄cat illud ſilentiū ſabbatū in quo corpus dn̄i in ſepulchro quieuit. Nota iſta oratio dr̄ emboliſmus. i. ſuꝑ excreſcentia. eo ꝙ nihil in ea petit̄. qd̄ in p̄cedenti oratione dn̄ica petitū nō fuit. nec tn̄ ſupfluit. quia eſt repetitio ſeptime petitionis ſcilicet Sed libera nos a malo cum certis ſuperadditis.

# Per eundem dominum noſtrum Jeſum chriſtum filium tuum. qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpirit⁹ ſancti deus.

Hic tertio ponunt̄ verba q̄ ꝓferunt̄ qn̄ fit fractio ſpecierū hoſtie Et dicit Innocen. ꝙ ſacerdos frāgit hoſtiā vt in fractiōe panis dn̄m cognoſcam⁹. ſicut iſti duo diſcipuli cognouerūt quib⁹ dn̄s in die reſurrectiōis apparuit in emaus. Quo facta alta voce ſacerdos dicit. Per oīa ſecl'a ſeculoꝝ. Poſt ſubiūgit Pax dn̄i ſit ſemper vobiſcum. Et facit tres cruces ſuꝑ calicē ſm̄ Inno. ad oſtendendū ꝙ virt⁹ trinitatis aīam crucifixi reduxit ad carnē ne dereliq̄ueret aīam ei⁹ in inferno· nec carnē ei⁹ daret videre corruptionē. Poſtea chorus rn̄det. Et cū ſpū tuo. q̄ſi dicat Tu pacē nobis optas. ⁊ eadē pax cū ſpū tuo maneat. q̄tin⁹ toto ſpū diuinis miſterijs aſſiſtas. ⁊ ſpūali gaudio plen⁹ fias. qꝛ chriſt⁹ cū ſalutaſſet apl'os. dedit eis poteſtatē remittēdi pctā dicēs. Quoꝝ remiſeritis pctā ⁊c̄. Icccirco chorus clamat ⁊ poſtulat ab eo remiſſionē peccatoꝝ dicens.

# Agnus dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis. Agnus dei qui tollis pecca. ⁊c. Dona nobis pacem.

Vbi ſciendū ꝙ agnus dicit̄ ab agnon grece qd̄ eſt piū latine. qꝛ pius et māſuet⁹ eſt. Et Sergius papa inſtituit vt ante cōicātes agn⁹ dei a choro decātaret̄. Nota ꝙ xp̄us qꝛ in ara crucis patrē cognouit ⁊ matrē. patrē ꝑ obediētiā. matrē ꝑ curā. ibiqꝫ pi⁹ obtulit ſe ꝓ nobis. Et ideo in altaris imolatiōe ter dicit̄. agn⁹ dei. q. d. Agn⁹ dei qui cognouiſti patrē miſe

rere nobis. Agnus dei qui cognouiſti matrem miſerere nobis. Agnus
dei qui redemiſti mundum dona nobis pacem Et dicitur notanter miſere
re nobis. bis propter peccatū originale et actuale. Tertio dicitur. Do-
na nobis id eſt eccleſie pacem in aduerſitatibus Sed in miſſis defuncto
rum dicitur ter. Dona eis requiem id eſt liberationem. ſcilicet primo a
pena ſenſitiua puniente. Secundo liberationem a conſcientia et verme
mordente. Tertio ab afflictiua dilatione. Poſt hoc pacis oſculum ſa-
cerdos miniſtris porrigit et hoc fit propter preceptum apoſtoli Saluta-
te vos inuicem oſculo ſancto. deus autem pacis et dilectiōis maneat ſem
per cum omnibus nobis. In miſſa autem pro defunctis non datur pa-
cis oſculum. quia fideles anime iam non ſunt in turbatione huius mūdi
ſed quieſcunt in dñ o. qꝛ dare oſclm eſt pacis ⁊ concordie ſignum. Poſt
hoc mittit partem hoſtie in calicem dicens illam orationem ſequen-
tem.

**Hec ſacroſancta cõmixtio corporis
et ſanguinis domini noſtri iheſu cri-
ſti. fiat mihi et omnibus ſumentibꝰ
ſalus mentis et corporis. et ad vitam
eternam promerendam et capeſcen-
dam preparatio ſalutaris. Amen.**

Hec eſt quarta pars predictorum in qua committitur commixtiōis
ſpecierum oratio. Et exponitur ſic Hec ſacroſancta commixtio id eſt ſan
cta et ſanctificata vnio Corporis et ſanguinis dñi nr̄i Ieſu chriſti id eſt
ſpecierum panis ⁊ vini ſub quibus continetur corpus ⁊ ſanguis chriſti.
Fiat mihi ſcilicet ſacerdoti. Et omnibus ſumentibus ſcilicet ſpiritualiter
Salus mentis id eſt anime ⁊ corporis. Et ad vitam eternam promerē-
dam ⁊ capeſcendam id eſt poſſidendam. Preparatio. i. diſpoſitio. Salu-
taris. i. ſalutifera Amen. Nota illa oratio debet ſane intelligi ſcꝫ Hec ſa-
croſancta ꝯmixtio qḋ vtiqꝫ referendū eſt ad ſpēs panis ⁊ vini. ſub qbꝰ
corpꝰ xp̄i ꝯtinet. Corpus eñ xp̄i nō eſt ſine ſanguine nec ſanguis ſine cor
pore. ⁊ ideo non fit commixtio corporis ⁊ ſanguinis. quia idem ſibi ipſi
non commiſcetur. ſed bene fit commixtio ſpecierum. Mixtio eñ eſt mix-
tibilium vnio vt dicitur p̄mo de generatione.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0036-6

Dñe ihu xp̄e fili dei viui. q̄ ex voluñta-
te p̄ris coopante ſpũſctõ ꝑ mortẽ tuã
mðm viuificaſti. libera me q̄ſo ꝑ h̄ ſa-
croſctm̃ corp⁹ et ſanguinẽ tuũ. ⁊ a cũ-
ctis iniq̄tatibus meis et ab vniuerſis
malis. et fac me tuis ſꝑ obedire man-
datis. et nũq̄ꝫ imppetuũ a te ſepari ꝑ-
mittas. q̄ viuis ⁊ regnas de⁹ ꝑ oīa ſe-
cl'a ſecl'oꝝ Amẽ. Corp⁹ et ſanguis dñi
nr̄i iheſu xp̄i fiat nobis ſalus mentis
et corporis. et remiſſio omniũ pecca-
torum in vitam eternã Amen.

Hec eſt quinta ps ſequẽtiũ canonẽ. vbi ponũt orones ad ꝑceptionẽ ſacramẽti ꝑparãtes. In qua tria petunt ſcꝫ a pctis liberatio. p̄ceptoꝝ dei obeditio ⁊ a deo nũq̄ꝫ imppetuũ ſepatio. Nota poſt illã oronẽ Dñe Jeſu xp̄e ⁊c̄. celeriter dñice paſſionis memoria habẽda eſt. cũ omi deuotione ⁊ corde ꝯtrito et ꝯſciẽtia nõ ficta. Poſt hoc corp⁹ xp̄i ⁊ ſanguis ſumẽda ſunt. In qua q̄dẽ ſumptiõe nõ expedit fieri magnã morã. Sed ſacerdos breuiter et reuerenter ſe expediat cõicando. ꝓpter cordis diſtractionẽ ⁊ mẽtis euagationẽ. ne irruẽtes cogitatiões ꝑdãt deuotionẽ. In cuius figura p̄ceptũ fuit in lege q̄ agn⁹ paſchalis q̄ figurabat xp̄m comederet feſtinãter. Nota ſacerdos in q̄buſdã eccleſijs oẽs ptes hoſtie ſumit. ſed in quibuſdã vnã partẽ in duas diuidit. quas miniſtris ſcꝫ dyacono ⁊ ſubdyacono porrigit. ⁊ ſic cũ miniſtris cõicat. Et ꝓpter hoc inſinuat q̄ xp̄us poſt reſurrectionẽ cũ diſcipulis mãducauit. Qꝛ aũt vnã partẽ accepit et reliquas miniſtr' impẽdit. inſinuat vt Lucas euãgeliſta cõmemorat. q̄a Jeſus accipiẽs panẽ fregit ⁊ ſumẽs reliquũ porrigebat illis quoꝝ corar

dens erat in via. Nota ſumm⁹ pōtifex nō ſic ſumit euchariſtiā ſicut ſa
cerdos cōis vel alter epiſcopus. Nec etiā ſumm⁹ pōtifex ſtatim ꝑticulā
hoſtie ſubmittit in calicē. ſed eū poſt tertiū ſignaculū crucis ſuꝑ patenam
reponit. ⁊ poſt oſculū pacis ad ſedē aſcendēs ibiqꝫ ꝯſiſtēs maiorē partē
hoſtie ſuſcipit de patena. quā dyacon⁹ ſibi apportauerit de altari. quā den
tib⁹ ſuis diuidēs. vnā ꝑticulā ei⁹ ſumit ⁊ aliā in calicē mittit. ⁊ de calice
cum calamo haurit. Deinde alias duas particulas diſtribuit miniſtris
Dyacono cū oſculo. ſubdyacono ſine oſculo. et idem ſubdyaconus reſi-
duū ſanguinis in quē ſummus pontifex partē miſit. ſumit. Romanus
ergo pontifex ibi non cōmunicat vbi frangit. ſed in altari frangit et in
ſede cōmunicat. Quia chriſtus in emaus poſt reſurrectionē coram duo
bus diſcipulis fregit et non manducauit. Sed in hieruſalem corā duo-
decim diſcipulis manducauit. Aſcendens ergo ſedē ibi manducat et cō
municat. quia eccleſia militante ſummus pontifex eſt caput et vicarius
chriſti. et ideo ſublimiori loco cōmunicat. Finitis his ſacerdos ſe appli-
cat ad ſuſceptionē ſacroſancte hoſtie Quidam de manu. quidam vero de
patena corpus chriſti ſumunt. Quidam de ſiniſtra quidā de dextra
Et falſum eſt ꝙ quibuſdam ordinibus pro pena ſit impoſitū ꝙ aliter nō
niſi de ſiniſtra recipere audeant. Sed potius huiuſmodi ab his tenetur
ex optimis et conuenientiſſimis rationibus. quas gratia breuitatis hic
pretermittā. Tutius autem eſt de manu recipere. cū digiti in calice po-
ſtea lauantur. Qui autē de patena ſumunt non lauant in calice negligen
tiam cōmittere poſſunt. Poſt ſumptionē euchariſtie ſacramentū. ſacer-
dos abluit digitos et ꝑfundit. ne aliqd incaute remaneat. ex contactu di
uiniſſimi ſacramenti. Nec aūt oblatio pōt referri ad ablutionē baptiſmi
cui⁹ formā xp̄s tradidit poſt ſuā reſurrectionē. Eūtes inquit in mundū
vniuerſū docete oēs gētes. Qui crediderit et baptiſat⁹ fuerit ſaluus erit
Sane circa maiora tucius eſt agendū. Sacerdos ergo ſumēs ſaguinem
ꝓpter maiorē ſecuritatē et reuerentiā. calicē cū vtraqꝫ manu tenere dꝫ.
ſed in ꝑfuſionibus ſūptiōe ſufficit altera tm̄ duob⁹ digitꝭ alteri⁹ man⁹ ad-
iūctis. quaſi per hoc innuens ſanguinē ibi nō eſſe. Sꝫ ſumendo ſanguinē
aliqui ter hauriūt ad deſignandū trinitatē. Aliq̄ v̄o quinquies hauriūt
ad oſtendendū ꝙ quinqꝫ vocib⁹ totus xp̄i ſanguis ex corꝑe effluxit. Per-
fuſionē v̄o bis recipiūt. ꝑ h̄ deſignantes charitatē que inter duos ꝯſiſtit
Et poſt ſumptū ſacramentū nō eſt ſtatī ſpuendū. ſi cōmode abſqꝫ violen
tia natnre fieri pōt ſed poſt horā conuenienter ſpuere pōt in loco compe-
tenti. vbi ſputū nequit pedibus ꝯculcari. Finita perceptione corporis et
ſanguinis xp̄i. antiphona ſequit̄ que poſt cōmunionē concinit̄. que cōiter
cūmunio vocat̄. qꝛ modicū poſt cōicationē cantat̄. et illa repreſentat gau
diū apoſtoloꝝ de xp̄i reſurrectiōe ſm̄ id qd̄ legit̄. Gauiſi ſunt diſcipuli vi-
ſo dn̄o. Poſt hoc iam in fine miſſe ſacerdos ſe transfert ad dexteram par

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0038-7

tem altaris. ⁊ hoc ideo quia cultus fidei primo fuit in populo iudaico. poſt hoc tranſiuit ad gentes. in fine v̄o vel circa finē iterū reuertet̄ ad iudeos p̄ p̄dicationē Enoch ⁊ Helie. q̄ ꝯuertūt corda patrū ad filios. quī in dieb⁹ illis ſaluabit̄ iuda. ⁊ reliquie iſrael ſalui fiant. Vel ſm̄ Innocen. ſ̄cat gaudiū dn̄ice reſurrectiōis ⁊ aſcēſionis. ſicut in p̄ncipio ſ̄cat acceſſ⁹ ad dexterā partē altaris gaudiū dn̄ice incarnatiōis. Tūc dicit orōnes q̄ vocant̄ cōplende. ⁊ orōnes debent multiplicari equaliter collectis. ante epiſtolā ꝓnunciantis. Hec orō quā ſacerdos p̄mittēdo ſalutationē exequit̄ eleuatis vel extēſis manib⁹. ſ̄cat illā bn̄dictionē ſcōm Innocen. quā xp̄us aſcēſurus in celū eleuatis manib⁹ legit̄ dediſſe diſcipulis. Nam vt Lucas cōmemorat Eduxit eos foras in bethaniā ⁊ eleuatis manibus benedixit eos et ferebat̄ in celū. Luce. vi. Poſt illas orōnes pandit ſalutationem nouiſſimā. qua facta. vel p̄ ſe vel p̄ miniſtros alta voce ꝓnūciat. Ite miſſa eſt. Rep̄ſentans illud quod dictū eſt apoſtolis. Viri galilei quid ſtatis aſpicientes in celū. Chorus aūt qui gratulando reſpondet. Deo gratias imitat̄ apoſtolos. qui adorantes regreſſi ſunt in iheruſalem cū magno gaudio. Et in hoc q̄d dicit̄. miſſa eſt. dat̄ licētia eundi populo ad ꝓpria vt ſit ſenſus iſte. Ite ad ꝓpria miſſa eſt finita. Vel hoſtia ſalutaris deo patri pro vobis eſt miſſa. Vel veſtra deuotio miſſa eſt ethereis ſedibus miniſterio ſanctorum angelorum. Vnde conciliū aurelionenſe ſtatuit. q̄ cū ad celebrandas miſſas populus criſtianus in xi nomine ꝯuenerit. non ante diſcedat q̄ꝫ miſſe ſolennitas cōpleat̄ ⁊ donec ꝓnunciatum ſit. Ite miſſa eſt Sciendū miſſa tripl'r claudit̄ vel ꝯcludit̄. ſcꝫ p̄ ite miſſa ē Benedicamus dn̄o. ⁊ p̄ Requieſcant in pace. In dieb⁹ enim feſtiuis. et generaliter quando cantat̄ Gloria in excelſis. concluditur cum ite miſſa eſt. Et hui⁹ ratio eſt. q꜡ in dieb⁹ illis popul⁹ in p̄mitiua eccl'ia ad eccl'iam ꝯfluebat. ⁊ q꜡ tenebat̄ expectare finē miſſe. ⁊ neſciebat q̄ñ eſſet finis. miniſter vertebat faciē ad eos dās eis licentiā recedendi. Sed in dieb⁹ ꝓfeſtis ⁊ in ferijs quib⁹ nō cantat̄ Gloria in excelſis miſſa ꝯcludit̄ cū Bn̄dicam⁹ dn̄o. q꜡ tūc miniſtri ⁊ ſacerdotes quaſi ſoli ſine populo in primitiua eccl'ia miſſas dixerūt. ideo iuxta morem antiquum dicimus iſtis diebus Benedicamus dn̄o. Specialiter in ieiunio ⁊ in aduentu dn̄i miſſa claudit̄ cū Benedicamus dn̄o. etiam dn̄icis dieb⁹. ad denotandū q̄ ſi ſp̄ domino bn̄dicendū ſit. multo magis hoc tp̄e facere debem⁹ Sed q꜡ ſp̄ debemus manere in gr̄arūactiōe. Chorus rn̄det vniformiter Deo gr̄as. Qui coram populo celebrant Ite miſſa eſt dicunt. ſe ad populū ꝯuertendo. q꜡ cum quib⁹ loquimur ad eos faciem habem⁹. Sed dicendo Bn̄dicam⁹ dn̄o. ſacerdos ſe etiam cōnumerat cū populo ⁊ faciem vertit ad orientē. vt vero orienti ex alto qui illuminat omnem hominem gratias referamus. Sed miſſe defunctorum clauduntur per Requieſcant in pace. Eis enī p̄ totū officium optat̄ requies. precipue in principio vt ergo finis cor-

rn̄deat ꝑncipio miſſa claudit̄ ꝓ redeſcāt in pace. Amē.i.fiat. Jſto facto ſa
cerdos nouiſſimā facit bn̄dictionē ſuꝑ populū. Et hoc ꝟcat ſpūſſcti miſſi-
onē in diſcipl'os. quē dn̄s de celo miſit in eos iuxta qđ ipē ꝓmiſit. Accipi-
etis inqt ꝟtutē ſupueniētis ſpūſſcti in vos Sicut em̄ ſpūſſctūs in noīe to
tius trinitatis mittit̄. eo ꝙ opa ſctē trinitatis ſunt indiuiſa. ita ⁊ ſacerdos
iſtā bn̄dictionē facit in noīe indiuidue trinitatis dicēs Bn̄dicat ⁊ cuſto-
diat vos diuīa maieſtas. pat̄ ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūſſctūs. Et virt⁹ ⁊ grā bn̄dictōis
eiuſdē ſctē trinitatis. ⁊ ꝯſolatio almi ſpūs ſuꝑ populū deſcēdat ⁊ maneat
ſꝑ. Hec em̄ bn̄dictio ꝑ ꝟbū oris ⁊ ſignū crucis exꝑmit̄. ꝙ iſta miſſio ſcti
ſpūs ꝑ ſonū vehemētis aeris a celis ⁊ ꝑ linguas igneas intonuit. vt ha-
bet̄ Actuū ꝑmo. in q̄ bn̄dictiōe finis habet̄ miſſe Dein̄ ſacerdos inclinās
caput ad altare dicit. Placeat tibi ſctā trinitas vn⁹ de⁹ obſeqū ſeruitutis
nr̄e. ⁊ ꝑſta vt hoc ſacrificiū qđ indign⁹ oculis tue maieſtatis obtulit. ſit ti
bi acceptabile. mihiqꝫ ⁊ oīb⁹ ꝓ qb⁹ illud obtuli ſit te miſerāte ꝓpitiabile
q̄ viuis ⁊ regnas de⁹ ꝑ oīa ſecula ſecl'oꝝ. Meritis ⁊ p̄cib⁹ iſtoꝝ ⁊ oīm ſan
ctoꝝ ſuoꝝ miſereat̄ nr̄i om̄ps de⁹ Amē. Sacerdos hoc orās oſculat̄ alta-
re ſeqꝫ ſigno crucis ſignās. vt illibata fides cor ipī⁹ ⁊ mentē ſꝑ poſſideat
et aīm muniat vſqꝫ ad obtentū vite ꝑhennis. Jn qua fidelis aīa ſociabit̄
ſuo dilecto ſcꝫ deo in oſculo ſalutari in ꝯiunctione inſeꝑabili. in charitate
xp̄i. qn̄ videbim⁹ ipm ſicuti eſt regē in decore ſuo. vbi qcqd vis ad nutū
adeſt. qcqd nō vis ꝓcul deeſt. vbi erat ſtat⁹ oīm aggregatiōe bonoꝝ ꝑfe-
ctus. in quo ipē finis erit nr̄oꝝ deſiderioꝝ. q̄ ſine fine videbit̄. ⁊ ſine faſti-
dio amabit̄. et ſine fatigatiōe laudabit̄. Jgit̄ ſi fidelis aīa inſtar ſui ſponſi
ꝑ mētis puritatē cordiꝯ ꝯpūctionē. paſſioniſqꝫ xp̄i deuotiſſimā meditatio-
nē ſeſe in ꝑmis diſpoſuerit. ſe ſupra ſe eleuādo aſcēſionis in corde ſuo di-
ſponēdo. Nullus ꝓfecto ambigat. nullus hoc rē dubioſam eſtimat. qn
intrare poterit ⁊ videre deū deoꝝ in ſyon. Hic quidē in ſacratiſſime miſ-
ſe miſterijs. Alibi ꝟo facie ad faciē. viſio que iuxta dictum beati Joannis
xvij. c. Eſt vita eterna. ad quā nos ducere dignet̄ qui in hoc ſacrificio ve
raciter ꝓ totius mundi peccatis offert̄. Jeſus xp̄us dei filius Qui cū pa-
tre et ſpirituſancto eſt benedictus in ſecula Amen.

Canonis ſacratiſſime miſſe expoſitio. vna cū textu. ſcđm dicta et ſentē
tiā ſctōꝝ doctoꝝ cōpēdioſe ſub forma vtilis repetitinis almo in gymnaſio
Liptzenſi ꝑ Balthaſarē ſacre theologie Licentiatū necnō Collegij beati
Bernhardi ibidē ꝓuiſorē. ꝓ dei honore. necnō oīm religioſoꝝ ac ſimpli-
ciū ſacerdotū deuota inſtitutiōe in vnū collecta. que alias ſatis diffuſe in-
uenit̄ poſita. Finit feliciter Hāc optime lector lege et relege in rē tuā. ⁊ ꝑ
fice religioſe ꝓ tue anime ſalute atqꝫ optimo ꝓfectu. Que impreſſa eſt ꝑ
Melchiarem Lotterum. Anno dn̄i. M.ccccc.xv.

An Hl. 660

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0040-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0041-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0042-9

77 L 1023

X 220

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0043-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0044-0

# Expoſitio canonis ſacratiſſime miſſe.

FÜRSTLICH STOLBERG. BIBLIOTHEK WERNIGERODE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-211022-p0045-6